

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii || Flacci Sermo-||nvm, sev Satyra-||rvm, sev
Eclogarvm libri || duo: Epistolarum li-||bri totidem.**

Horatius Flaccus, Quintus

Francofurti ad Moenum, 1577

Kommentar

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-306)

A *Vt, mala quem scabies, aut morbus regius
urget,*

*Aut fanaticus error, & iracunda Diana:
Vesani tetigisse timet, fugiuntq; poetam,
Qui sapiunt: agitant pueri, incautiq; se-
quuntur.*

*Hic, dum sublimeis versus ructatur, &
errat:*

*Si veluti merulis intentus decedit auceps
In puteum, foueamve: licet, succurrite,
longum*

*Clamet, io, ciues: non sit, qui tollere curet.
Si curet quis opem ferre, & demittere
funem:*

B *Qui scis, an prudens huc se deiecerit? atq;
Seruari nolit? dicam, Sicutique poeta
Narrabo interitum. deus immortalis ha-
beri*

*Dum cupit Empedocles: ardentem frigi-
dus Aetnam*

*Insiluit, sit ius, liceatq; perire poetis.
Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.*

*Nec semel hoc fecit: nec, si retractus erit,
iam*

*Fiet homo, & ponet famosa mortis amo-
rem,*

*Nec satis apparet, cur versus facitet:
vtrum*

*Minxerit in patrios cineres: an triste bi-
dental*

C *Mouerit incestus. certe furit: ac velut
ursus,*

*Obiectos cauea valuit si frangere clatros,
Indoctum, doctumq; fugat recitator acerbus:*

*Quem vero arripuit, tenet, occiditq; le-
gendo,*

*Non missura cutem, nisi plena cruoris hi-
rudo.*

HVMANO CAPITI CERVICEM]
poema, quod non constat ex conuenientibus, ap-
tis, propriis, accommodatis partibus: sed discon-
uenientibus, alienis, disparis formae: a quod ridicu-
lum est, vt hoc monstrum, quod hic ab Horatio
describitur. sitigitur opus, quod instituis, vnum
quoddam corpus, simplex, vnius formae, sibi con-

stans, & conueniens, & sui simile: non multiplex
non dispar, non inaequale, non disconueniens. hoc
praecipuum pertinet ad argumentum operis, quod
μῦθον appellat Aristot.

VNDIQUE COLLATIS MEMBRIS] om-
nium animalium membris collatis, & corrogatis
ad hoc monstrum constituendum.

ATRYM] nigrum, deformem, horribilem. ta-
lia enim ferè nobis videtur quae nigra sunt. vt Od.
3. lib. 2. & sororū Filatrium patiantur atra. & Od.
13. eiusd. lib. Demittit atra bellua centiceps Aureis.

SVPERNE] à superiore parte. fat. 7. lib. 2. pec-
catorve supernè, & Od. 2. o. lib. 2. & album muton in
alitem Superne.

VELVT AGRIS SOMNIA] sic habent omnes
nostri libri veteres: neque aliter vulgati. nam agris
somnia, quod quibusdam placere videtur, mihi nul-
lo modo probatur, neque ferri potest.

VT NEC PES, NEC CAPVT VNI R.]
id est, vt nullum corporis membrum ad vnam ali-
quam totius corporis formam refectri possit: vel, vt
nullum corporis membrum vni formae proportio-
ne respondeat.

PICTORIBVS, ATQVE POETIS] oppo-
net aliquis, idem licere poetis, quod pictoribus.

AQVA] aequalis. Plato tamen lib. 4. de rep. ne-
gat poetis esse permittendum, vt dicant, quicquid
sibi videatur, his verbis: & δὲ ὁμοίως πέντε πινυταῖς
λέγειν ὁ, π φίλον.

SCIMVS] respondet Horatius.

COEANT] coniungantur. epist. ad Torqu. vt
coeat par, iungaturq; pari.

SERPENTES AVIBVS GEMIN. TIGR.
AG.] fiant monstrosa quaedam animalia biformia,
non specie solum, verum etiam cogitatione horri-
bilia: vt animal ex aue & serpente constat & praeter
ea alterum ex tigre, & agno.

INCEPTIS GRAVIBVS, &c.] docet ea,
quae adhiberi solent ornandi causa, nihil ad id,
quod agitur, pertinentia, vt longas degressiones à
proposito, & descriptiones ineptas, & quae Graeci
vocat ἐπεσόδια à re admodum aliena esse fugienda.

CVM LVCVS ET ARA D.] omnis lucus,
Dianae sacer est, etiam si quis lucus singularis aliis
interdum diis consecratur.

FLVMEN RHENVM] sic habent omnes ferè
libri manuscr. & item vulgati: nisi quod in vno at-
que altero reperi Rheni. sic locutus est sup. Od. 4.
lib. 4. Metaurum flumen.

FORTASSE CVPRESSVM SCIS SIMV-
LARE] fortasse (inquit Horatius) scis cupressum
bellè admodum penicillo exprimere, id est, or-
namenta inania, nihilque ad opus institutum per-
tinentia, quae πέρρορα appellant Graeci, vt descri-
ptiones fluuiorum, siluarum, aliorumque locorum:
quae tam aliena sunt à poemate incepto, & susce-
pto, quam cupressus à naufrago, quem pictor ali-
quis depingendum suscepit. quid tū, si tibi naufragiū
pingendum locatum est: aut siquid aliud pingend-
um suscepisti? quid cupressui cum naufragio?
Aiunt proverbium in eos conuenire, qui id, quod
vnum sciunt, fortasse non valde magnum, quo-
uis loco ineptè, atque intempestiue inculcant, ab
illo

Horatius Artem cum inscripsit, adeo sine ulla docet arte, ut Satyra proprius
totum opus videatur esse. Aristotelis Commentarij mutili sunt. Vnde pru-
dens ille qdem multa bene monet, qby cautior poeta fiat, verum factum
iam instruit, ut pfiat. Ordinem neglexit Aristoteles, Horatius
vitia videt, accu vatiq; Videt, d. ut optimus poeta in theatro, claudy
mag. Der in schola. Jul. Scal. in Praefat. Poet.

A illo imperito pictore natum, qui à naufrago conductus, vt in tabula naufragium eius depingeret, quarebat ab eo, nū cupressum appingi vellet. Sed videtur in eos potius quadrare, qui artis caput ignorant, leuia & minuta quædam, & rudimenta dumtaxat sciūt: natū à rudi quodam pictore, qui vt in tabula naufragi imaginem pingeret, cōductus, nihil præter cupressum & similia, quæ ab iis qui primum artem pingendi discunt, pingi consueverunt, pingere potuit.

SI FRACT. ENAT. EXP. NAVIB. &c.] id est, si is, à quo mercedem accepisti, vt abste pingeretur, naufragus est?

EX SPES] sine spe, naufrago videlicet facto omnium fortunarum suarum. Attius Medea: *exsul inter hosteis, ex spes, desertus, vagus.*

AMPHORA COEPIT INSTITVI] vfitatius est bonis scriptoribus italoqui *Amphora cœpta est institui.* Accius, *Nam neque pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus sum.* Ex M. Tullio innumera exempla colligere licet. vtitur tamen & M. Tull. hoc genere lib. 14. epist. ad Terēt.

B *si qua vis, aut si que rapine fieri cœperint: & iterum Horat. epist. ad Valam lib. 1. urbanus cœpit haberi.* amphora vas grande, & amplum, & quadratum, quod capit sextarios octo, & quadraginta: vrecus verò longè minor, longèque alia forma, nempe rotunda. rotam autem intellige figuralem. Plaut. in Epidico, *Vorsutior es, quam rota singularis.* Tib. lib. 2. eleg. 3. *At tibi lata trahant Samia conuiuia teste, Fictaque Cumana lubrica terra rota.* Hor. sup. Od. 10. lib. 3. *Ne currente retro funis eat rota.*

CURRENTE ROTA CVR VRC.] sententia huius loci hæc est. poëma amplum, & grande instituiti, seu incepisti: cur progrediente operis scriptione, extrema non respondent primis, sed sunt multo humiliora, & minutiora?

EXIT] id est, quasi ex materia prodit, seu existit, seu exoritur? forma enim videtur in materia delitescere: quæ manu artificis aperitur, elicitur, de promitur, & in lucem profertur, cum opus ab artifice ex materia perficitur atque absoluitur.

C **DENIQUE SIT, QVOD VIS, SIMPLEX, &c.]** Denique opus, seu poëma, quod institutis, non sit multiplex, neque ex partibus dissimilium formarum compositum: sed simplex, & vnum corpus, non admodū dissimile est, quod scribit Arist. in libello *περὶ ποιητ. ἀνάσκει ἀεὶ πὺν καλῶς ἔχοντα μῦθον, ἀπλὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ διπλῶν.* id est, necesse est fabulam bene habentem, simplicem esse potius, quàm duplicem.

MAX. PARS VATVM, &c.] hæc nō eò pertinent, vt aliquid propriè de breuitate præcipiat, vt quidam existimāt, neque vt *περὶ λέξεως*, aut de verborum delectu, vt alij volunt: sed vniuersè docet, scriptorē acerrimi, ac limatissimi iudicij esse oportere, vt recta a prauis discernere queat, ne vitia in scribendo pro virtutibus sequatur. obscuræ enim sunt, & tenues veri, & falsi notæ, vt non nisi oculatissimi eas internoscere possint.

SPECIE RECTI] falsa, id est, quæ imitatur rectum, cum à recto absit plurimum.

BREVIS ESSE LABORO, OBSCVRVS

FIO] sine dubio breuitatē orationis in re, & sententia longa adhibere, obscuritatem parit. videntum est igitur, vt orationis magnitudo sententiæ subiectæ sit æqualis, id est, vt tātum sit verborum, quantum necesse est, quemadmodum scribit M. Tull. de orat. ad Qu. Frat. 2. quod præstare difficile est. Verū enim verò vt ait Pindarus Pyth. *εἰδ. θ. magna virtutes longam orationem desiderant, et autem, qui de re magna, & longa pauca verba facere velit, sapiens auditor optandus, & quarendus est. sed orationis opportunitas,* id est, ea oratio, quæ & breuis sit, cum breuitate opus est, & longa, cum res, & tempus verborum multitudinē desiderant, *proinde vt omnium rerum, præcipuam laudem meretur.* verba Pindari sunt hæc, quibus tota de breuitate orationis quæstio terminari, ac transigi potest. *Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλα πολύμυθοι. βασιὰ δ' ὄν μικροῖσι ποικίλειν, ἀκόα σοφοῖς. ὁ δὲ κερὸς ὁμοίως πάντος ἔχει κορυφάν.*

SECTANTEM LEVIA NERVI DEFICIVNT] id est, qui nimis politum, concinnum, cultum, & contum orationis sectatur genus mollem, eneruatam, & (vt loquitur ille) elumbatam orationem efficit. leuia contraria sunt asperis, vt apud Græcos *λεῖα πῖς ἀσπέρσι.*

DEFICIVNT] destituunt, deserūt, hæc enim vis est huius verbi cum acc. casu coniuncti. M. Tul. ad Seruium Sulp. lib. 4. *quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris simili in fortuna non defuerunt.* pro Cælio, *dies iam me deficiet, si, quæ dici in eam sententiam possunt, coner expromere.* Lucret. lib. 5. *Post ubi equū valida vires atate senecta, Membræque deficiunt fugienti languida vita.* Horat. sat. 1. lib. 2. *cupidum pater optime, vires deficiunt.* & sat. 1. lib. 1. *ne se penuria victus deficeret, metuebat.* & Tibull. ad Messallam, *meritas si carmina laudes deficiant.*

PROFESSVS GRANDIA TVRGET] qui (vt ita dicam) grandiloquus videri vult, is nimis elatus, turgidus, atque inflatus euadit.

SERPIT HVMI] nimis humilis est. sic supra ep. 1. lib. 2. *dixit sermones repenteis per humum.*

QVI VARI. CVP. REM PRODIG.] qui narrationibus, & fabulis non verisimilibus & incredibilibus, id est, *ἀπρόβουτοῖς*, opus, quod habet in manibus, ornare studet, & c. variare est, quod Græci *ποικίλλειν* dicunt.

PRODIGIA LITER] supra omnium hominum fidem.

DELPH. SILV. APP. FL. AP.] hoc quidem abhorret à natura. nam delphini in vndis: apri in siluis viuunt. Eleganter igitur, & concinnè, vt multa Archilochus (quemadmodum refert Stobæus) ostendens, nihil esse in hac vita tam incredibile, & præter spem, quod non sit credibile, & sperandum, sic ait, *Ἐκ δὲ τῶ ἐκ ἀπτα πάντα, καὶ ἀπέπληθα γίνετα Ἄνδράσι, μὲν δὲ εἰ ὑμῶν εἰσπαρὴν θαυμαζέτω, Μὲν δ' ἴνα δελφίσι θῆρες αἰπτα μείψεται νομὸν Ἐνάλιαν, καὶ σπὶ θαλάσσης ἡζέητα κόματα Φίλιπρ ἡπίρω γένηται, πῖοι δ' ἰδὺ ἡ ὄρες,* id est, *ex hoc autem apparet, non omnia esse hominibus incredibilia, nec desperanda. Nemo igitur vestrum post hac, si quid nouum viderit, miretur, neque cum se ra cum delphinorum pascuis sua commutarint, & silis marini fluctus terra continente fuerint gratiores: his montes, & silua placuerint.*

A **ÆMILIVM CIRCA IVDVM]** gladiatorium à L. Æmilio Lepido nominatum.

FABER IMVS] faber quidam, cuius taberna est omnium infima, & postrema. sic loquitur sup. epist. ad Loll. 2. libr. 1. *Et imi Derisor lecti.* eadem ratione dixit *Ianus summus ab imo* epist. 1. libr. 1. & sat. 2. libr. 2. *postquam omnis res mea Ianum Ad me dum fracta est* hic igitur faber particulas quasdam corporis satis scite exprimere poterat: totum corpus verò in se ite, atque infeliciter fabricabatur. Cum hoc confert eos scriptores, qui alicuius operis *obscuro*, id est, constitutionem, & summam constare, aut absoluerent, nequeunt, cum in partibus minutissimis describendis, atque ornandis sint tolerabiles.

INFELIX OP. SVMMAM] infelix in vniuerso opere componendo.

PONERE] id est, facere, *πθέναι*: sic sup. Od. 8. lib. 4. *Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.*

HVN C] talem me scriptorem esse, si quod opus scribere in animo haberem, nihilo magis cupiam, quam bellis quidem oculis, & pulchro capillo præditum esse, sed naso distorto ac deformi nigri oculi, & nigri capilli olim formam commendant, vt supra Od. 32. libr. 1. *Et Lycum nigris oculis, nigroq; Crine decorum.*

ÆQVAM] non grauiorem, quam vt vires ferre possint: patem viribus. monet scriptorem, vt vires suas diligenter exploret, ne quid scribendum suscipiat, quòd cumulatè explere non possit.

VERSATE] humeris, & toto corpore. *ἀννηροελα* est, Nam iubet animo versate, & cogitare, quid sustinere ingenio possimus.

CVI LECTA POTENTER ERIT RES] id est, qui rem sumserit non maiorem suis viribus, sed quam ingenio, & doctrina sustinere possit, ei neque facundia, neque dispositio deerit. potenter, id est, *κτ' δὲ δίαμιν*: quantam rem ferre ac sustinere possit.

VIRTVS] ἀρετή, præstantia, vt M. Tull. narrationis virtus. Aristot. *λέξιως ἀρετή*. sed hæc alibi notauimus.

C **VENVS]** venustas, lepos, infra cod. lib. *Fabula nullius Veneris.*

VT IAM NVNC DICAT IAM NVNC] id est, hæc erit ordinis vis, & pulchritudo (nisi ego fallor) vtea, quæ nunc dici debent, iam nunc dicat. in hoc consistit ordinis vis, & pulchritudo, vt, &c.

ET PRÆSENS IN TEMPVS OMITTAT] id est, vt quidam explicant, vsque eò omittat, donec dicendi tempus adsit: suo loco, & tempori seruet. Ego *præsens in tempus* positum puto pro in præfenti tempore, vt sit, differat in futurum tempus, & in præfentia omittat: atque ita locutus est M. Tull. epist. ad Brutum. *vt & in præfens sceleratos ciuicis timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statu: rē, ne quis talem amentiam vellet imitari,* & orat. 1. in Catil. *quanta tempestas inuidia nobis si minus in præfens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendat.* & T. Liuius lib. 2. *nec in præfens modo, sed in venientem etiam annum.* &c. & ipse Horat. Od. 16. lib. 3. *Latus in præfens animus, quod ultra est,*

Oderit curare.

HOC AMET, HOC SPERNAT] aliud probet, aliud improbet, ac reiciat. est enim boni poetæ iudicare, quid sit dicendū, quid non: quid prior loco, quid posteriore collocandū: vel quid probandum, quid improbandum: quid laudandum, quid vituperandum. Profert hunc versum Seruius ad illum Virgilij locū Georg. 2. *Me verò primum dulces ante omnia Musæ, &c.*

PROMISSI CARM. AVCTOR] i. is qui se poetam professus est: is, qui carmen, quod se scripturum pollicitus est, condit. vel dic promissū, id est, magni. Nam qui de se aliquid promittit, magnum aliquid vult à se expectari. infra. *Quid tanto dignum afferet hic promissor hiatus? & epist. luperiore. Multa fidem promissa lenant:* vel promissū, id est, editū, vt alij quidam volunt.

IN VERBIS] monet vt verba, parce admodū & timidè nouemus, aut fabricemur.

CAVTVS] prudens, religiosus, *εὐλαβής*.

TENVIS] parcus, restrictus, angustus. *φειδωλός, λιπός*.

SERENDIS] faciendis, nouandis. translatio est ab arboribus. ita statim verba cum folijs comparat.

DIXERIS EGREGIE NOTVM SI, &c.] egregia erit tua elocutio, si scita, & artificiosa verborum adiunctio, seu compositio verbum alioqui nouum, & nuper factum, reddiderit notum, in signe, ac luculentum: qualia sunt veliuolum, saxifragum, & similia. hæc est huius loci sententia, quicquid alij somniant de verbis translatis: quam tamen testimonio, & auctoritate M. Tull. confirmabimus. ille igitur lib. 3. de oratore, scribit *tria esse in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam, atque exornandam orationem: aut inusuatum verbum, aut nouatū, aut translatum: Nouari autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac fiunt vel coniungendis verbis, vel sine coniunctione. coniungendis verbis nouantur, vt hæc, Tum pauor sapientiam mihi onnem ex animo expectorat. An non vis huius me versutiloquas malitias? videtis (inquit) versutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta esse verba, non nata ex hoc loco apparet, coniuncta, seu iuncta verba à M. Tullio nominari, quæ vulgò composita appellamus. Idem in oratore perf. *Ego autem etiam si quorūdam grandis, & ornata vox est poetarum, tan. e in ea cum licentiam statuo maiorem esse, quam in nobis, faciendorum, iungendorūq; verborum, tum etiam hominū voluptati vocibus magis, quam rebus seruiunt.* Idem ibid. *Quid in verbis iunctis, quam scie insipientem, non insipientem? iniquum, non iniquum? tricipite, non tricapitem? concisum, non concisum?* perpicue his locis verba iuncta dixit, quæ grammatici composita nominant. ibidem. *Itaq; translata, aut facta, aut iuncta verba facile sunt cognita.* translata quæ sint, notum est: facta autem verba sunt, quæ sine coniunctione sunt nouata ab eo, qui dicit. iuncta, quæ nouata sunt ex coniunctione, & vt loquitur Horatius, ex iunctura. Idem Topicis. *Scauula autem P. filius post liminium iunctum putat esse verbum, vt sit in eo & post, & limen.* Idem Partit. ait nouari verba cum aliis modis,*

tum

A rum adiunctione verborū. Prisc. lib. 18. hunc ver-
sum testem producit: & ita explicat, *Dixeris, id est,*
poteris dicere: hoc tantum.

SI FORTE NECESSE EST, &c.] Totius
huius loci hæc sententia est, si scripturam veterem
sequamur. Si forte necesse est res abditas, & occul-
tas nouis vocabulis declarare, & nomina fingere
veteribus inaudita: licebit hoc facere, dabiturque
licentia, prudenter & modestè sumta. Sic explicā-
dus hic locus est, si ponatur copula post vocem *re-*
rum: vt ponenda est, si libros veteres sequi volu-
mus. si verò sine copula legamus, ita explicandus
erit. Si forte necesse est res abditas nouis vocabu-
lis exprimere: licebit nomina veteribus inaudita
fabricari, dabiturque fabricandorum vocabulorū
licentia, modò prudenter sumatur.

INDICIIS MONSTRARE RECENTI-
BVS] id est, nouis vocabulis. nam vocabula sunt
indicia, seu notæ rerum: *σμβόλαι*, & *σημεία* appellat
Aristoteles: & verba eò comparata sunt, vt cogita-
tiones, & affectus nostros indicent, ac significant.
apertè Horatius hic loquitur de verbis nouatis,
non de translatis.

ABDITA RERVM,] id est, res abditas, & oc-
cultas. *abditæ rerum* autem sic dictum, vt sat. 2. lib.
2. *Corruptus vanis rerū:* & sat. 8. eiusd. *videtur fictis*
rerum. vide quæ notauimus sup. ad Od. 12. libr. 4.
amarāq; *Curarum eluere efficax.*

ET FINGERE CINCTVTIS, &c.] sic ha-
bent omnes libri manu scripti, quos vidi. nam vul-
gati non habent copulationē & post vocem *rerū.*

CINCTVTIS] cinctis, militaribus, armatis. cin-
gebantur enim in militiam ituri: ex quo cingulū
militare, & cingi pro eo, quod est ad militiam, &
ad pugnam ornari. Plaut. in Amphitr. *Cingitur: cer-*
tè expedit se. & accingi. Lucret. lib. 2. *Et si tibi vera*
videtur, Dede manus: aut, si falsa est, accingere cōtra.
quæ vis inest etiam in verbo Græco *ζώνυδα* Hom.
ὀδυσσ. ω. ζώνυδά γε νέοι, καὶ ἐπὶ πύοντα ἀέθλα, id est,
cinguntur iuuenes, & armantur ad certamina. &
Ἰλιάδ. λ. ζῶσα μένο δ' ἄρα πάρε βαδίων ἐς μέσον ἀγῶνα. id
est, illi autem cincti descenderunt in medium cer-
tamen. Terent. Phorm. *ad te summa solum Phor-*
mio rerum redit. tu te hoc intristi: tibi omne est exe-
dendum. accingere. Virg. *Æneid. 2. de Priamo, &*
inutile ferrum Cingitur. ibid. quæ mens tam dira mi-
ferrime coniux Impulit his cingi telis? vel dic cinctu-
tis, vt Porphir. qui cinctu, seu cincto utebantur lo-
co tunicæ. erat autem cinctus, seu cinctum vestis
infra pectus corpus complectens, & à pectore ad
pedestegens. Virg. 7. *Æneid. Ipse Quirinali trabea,*
cinctūq; *Gabino Insignis.* *ζῶμα* & *ζῶμα* appellant
Græci. quidam per cinctutos, priscos, seu vetustos
significari volunt, quod non improbo.

NON EXAUDITA CETHEGIS] id est, in-
audita veteribus.

CONTINGET] *ἐνδέξεται:* licebit, non improba-
bitur, ferri poterit.

LICENTIA SVMTA PVDENTER] licen-
tia verecunda, pudenter, *αἰδμήμονως* cum pudore: ve-
recundè.

FICTAQVE NYPER] non ita pridem facta,
& nouata.

HABEBVNT FIDEM] id est, obtinebunt fi-
dem, atque auctoritatem: & ita etiam M. Tull. lo-
quitur epist. ad A. Cecinam lib. 6. *Quare, quando,*
vt augures, & astrologi solent, ego quoque augur publi-
cus ex meis superioribus pradictis constitui apud te au-
toritatem augurij, & diuinationis mea, debet habere
fidem nostra pradictio. Idem Acad. quæst. lib. 2. *qua*
si verò non specie visa iudicentur: quæ fidem nullam ha-
bebunt, sublata veri, & falsi nota. idem pro Flacco,
sed fuerint incorrupta litteræ domi: nunc verò quam
habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? alio-
qui fidem habere dicimur ei, cui credimus, vt idē
Acad. *num videtur minorem habere visis, quam vi-*
gilantes fidem?

SI GRÆCO FONTE CADENT P. D.] id
est, si erunt Græca lingua in vsum Latini sermo-
nis deflexa: qualia sunt *ephippium, acratophorum*
apud M. Tull. libr. 3. de Finib. & ibidem, *proægme-*
na, & apoproægmena. & hæc vulgatissima, *grama-*
tica, poetica, rhetorica, dialectica, musica, trichlinium,
aër, ather. iterum apud M. Tull. *panchrestum medi-*
camentum, peripetasmata, hemicyclus, pseudohyrū,
symphonia, atomi, apotheca, epitaphium, epitoma, so-
phisma, sorites, ephemeris, thesis, toreuma, &c. apud
Horat. ea, quæ supra commemoravi *diota, arystis,*
balanus, &c. vel intellige ea, quæ ad exemplū Græ-
corum in lingua Latina nouata sunt, vt *medietas,*
quemadmodum illi *μεσότης* dicunt: *intermundia,*
vt illi *μετακόσμια:* *qualitas,* quæ ab illis *ποιότης* nomi-
natur: *rectè facta,* quæ *κατορθώματα:* *producta,* seu *pro-*
posita, quæ *προενημένα, reiecta,* quæ *ἀποπρονημένα:* *vi-*
sio, quæ *φαντασία:* *notio,* quæ *ἔννοια:* *indifferens,* quod
ἀδιάφορον: *siada,* quæ *πέβω:* *cetimanus,* qui *ἐκαπύργος:*
tyrannicida, qui *τρικεφαλός:* *triceps,* qui *ταυροειδής:*
tauriformis, qui *ταυρόμορφος,* & alia sexcenta. nouan-
tur enim verba aut similitudine, aut imitatione,
aut inflexione, aut adiunctione verborū, inquit
M. Tull. Partit. Nonnulli libri vet. habent *cadant.*

PARCE DETORTA] id est, parçè deflexa, seu
deriuata, seu deducta à Græca lingua.

CÆCILIO] Statio Cæcilio, poëtæ comico, de
quo supra.

DABIT] sic habent omnes ferè libri veteres
cum vulgatis consentientes: pauci *dedit,* quod itē
se in vno reperisse testatur homo pederuditus,
Canterus.

VARIOQVE] sic legendum libris omnibus
inuitis, non *Varo:* vt Od. 6. lib. 1. *optimus olim Vir-*
gilius, post hunc Varius dixere quid essem. & sat. 10.
lib. 1. *forte epos acer, Vt nemo, Varius ducit.* & Od.
6. lib. 1. *Scriberis Varius fortis, &c.*

INVIDEOR] inuideor, *παθῆμιον,* à verbo inui-
deo, rariuſculum est: in vſu tamen sunt *inuisus,* &
inuidendus. supra Od. 10. lib. 2. *caret inuidenda So-*
brius aula. & Od. 1. libr. 3. *Cur inuidendis postibus,*
& nouo Sublimeri u moliar atrium? Idem sat. 3. lib.
2. *Et hæret Inuisis foribus.* verbum inuidendi certè
cum quarto casu coniungi solet, vt apud M. Tull.
Tuscul. 3. *vt nobis optimam naturam inuidisse videā-*
tur, qui nihil melius homini populari gloria iudicau-
runt. vide annot. ad sat. 6. lib. 2. hæc igitur verba,
cur inuideor acquirere, valent, cur vector acquirere?
sic Græci *φθονῆμαι,* & *φθονῶ.* Eurip. Med. *μὴ φθονεσθῶ*
Ggg iij

A *συ*, id est, ne inuide dicere. *ibid.* Καὶ νῦν τὸ μὲν σὺν ἡ φθονὴ καλῶς ἔχειν, id est, non inuideo restuas bene habere.

CVM LINGVA CATONIS, ET EN.] nam tantumdem nobis licere debet nostra ætate, quantum Ennio, & Catoni licuit sua.

SIGNATVM PRÆSENTE NOTA PROD.] libri vulgati habent *producere*, quibuscum consentiunt aliquot antiqui, id est, proferre in lucem, seu protrahere in medium (vt loquitur Lucretius.) *nomen autem præsenste nota signatum*, hoc est, quod vsus præsens comprobet: nomen, quod cum eorum hominum, qui tunc sunt, cum producit, loquendi consuetudine cõsentiat: nomen, quod eam formam, & notam impressam contineat, quæ sit in vsu. ego tamen *procudere* malim, vt habent libri aliquot calamo exarati, vt tralatio sit à nummis. Nã & Themistius iunior in oratione quarta de nomine, seu vocabulo *sophista* loquens, similitudine nummi utitur, his verbis, ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ ὀνόματι ὡσαύτ' νομισματός, καὶ τί πῶς ἢ δύναμις καὶ τὸς ὑπερον χρόνος, &c. id est, sed quoniam huius nominis [*sophista*] vis seu potestas, mutata est, posterioribus tēporibus, &c.

B **VT SILVÆ FOLIIS]** ostendit à simili, etiam verborum suam esse ætatem. iccirco vtendum esse verbis præsentibus, & noua verba cedere licere. videtur autem hanc similitudinem ab Homero sumfisse *ἰ. ζ.* qua cum foliorum ortu, ac natura hominum ætatem comparat. Οἷον φῶ φύλλων γενῆ, τίη κ' ἀνθρώπων, id est, Qualis foliorum ortus, talis & hominum. idem φ. εἰδὴ σίγη βροτῶν ἔνεκα πολέμῳ Δειλῶν, οἱ φύλλοισιν εἰκότως ἄλλοτε μὲν τὴ Ζαφλεγέες τελέθουσι ἀρέρης καρπὸν ἔδοντες. Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσι ἀκήλοιοι. id est, si tecum miserorum mortalium causa pugnem: qui foliis similes, interdū feruidi, & fortes sunt terræ fructū comedentes: interdū intereūt imbecilli, & exanimes. & Minnermus, Ημεῖς δ', οἵ αὖτε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὤρη Βαρος, ὅτ' αἰὲν αὐγὴ αὐξεται ἡελίς, ex Stobæo. id est, Nos autem tales sumus, quales frondeis producit tempus Vernum multis floribus abundans, cum primum lux solis augetur. sic & Musæus, Ως δ' αὐπὸς καὶ φύλλα φύει ζεῖδωρος ἄρουρα, Ἄλλα μὲν ἐν μελίνοισιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ θάλλει: Ως δὲ καὶ ἀνθρώπων γενῆ καὶ φύλλον ἐλίσσει: id est, similiter autem & frondeis producit terra, victum suppeditās, seu rerum ad victum necessariorum largitrix: aliæ quidem in fraxinis pereunt, aliæ virent: sic & hominum ortus & genus vicissim nascitur, & occidit. Cum his Horatianis congruunt, & concinunt illi Lucretiani versus lib. 1. *Sic voluenda atas commutat tempora rerum. Quod fuit in pretio, sit nullo demique honore: Porro aliud succedit, & è contemptibus exit: Inq̄, dies magis appetitur, florēt: que reperiuntur Laudibus, & miro est mortaleis inter honore.* Idem lib. 3. extr. *Cedit enim à rerum nouitate extrusa vetustas.* & M. Tull. Philipp. 12. in extr. *Nihil enim semper floret: atas succedit atati.*

C **PRONOS]** celeriter labenteis.
DEBEMVR MORTI NOS] sic Od. 3. lib. 2. *Omnes eodem cogimur: omnium Versatur urna.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. lib. 9. *Æn. Mortaline manu facta immortalis carina. Fas habeani?* sed Priscianus legit *Debemus*, quod notauit

Achill. Statius Lusitanus.

D **SIVE RECEPTVS TERRA NEPT.]** id est, siue portus Iulius, immisso in Lucrinum, & Auernum lacum mari reiectus, nauibus tutam stationem præbeat: (quod ab Augusto effectum est:) siue Pomtina palus siccata, vomere subigatur nūc, & frugibus vicinas vrbeis alat: (quod à Iulio Casare fuerat cogitatum:) siue Tiberis à priore suo alueo in aliam partem auersus desierit agris, & vrbi nocere.

CLASSEIS AQUILONIBVS ARCET] id est, Aquilones à classibus arcet: hypallage: classibus tutus ac munitus portus est.

STERILIS QVE DIV PALVS] Seruius ad illum Virg. locum *Æneid. 6. & tenebrosa palus Acherunte refuso*: notat, posteriorem syllabam huius nominis esse longam: ab Horatio tamen esse correptam: atque hunc locum profert.

APTA QVE REMIS] nauigabilis.

VICINAS VRBEIS ALIT] siccata, & fertilis reddita, vicinis vrbeis alimenta præbet: quod Iul. Casar efficere constituerat. M. Tullius Philip. 5. *Ille paludes siccare voluit*. perfecit postea Cethegus nescio quis.

INIQVVM FRUGIBVS] inimicum, & infestū frugibus, propter crebras eluiones.

DOCTVS ITER MELIVS] translatio est, vt epist. ad Villicum sup. lib. 1. *Multa mole docendus aprico parcere campo.*

NEDVM SERMONVM STET HONOS] nimis pingues sunt ij, qui hinc censent addendam negationem, & legēdum, *ne dum haud sermonum*. nam hæc vox suapte vi, ac natura negat, vt apud M. Tull. libr. epist. 9. ad Pap. Patum, in vltima libri epist. *Me verò nihil istorum, ne iuuenem quidem mouit umquam, nedum senem.* Idem ad Tiron. lib. 16. *vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari, & via sit facile abesse ab iniuria temporis.* T. Liuius libr. 6. *& agrum in mem tantam multitudinem, nedum armatam sustinere posse.* Est autem argumentum à minori hoc modo, Si, quæ diuturniora videbantur esse debere, neque à vetustate facile consumi posse, ea tamen existunt vetustas: quanto magis verba? potest & esse à maiori, hoc modo, opera regum non sunt sempiterna: quanto minus verba?

GRATIA] *χαρις*, lepos, venustas, vel gratiā accipe, vt sit translatum ab hominum gratia.

QVEM PENES] in cuius potestate est. M. Tull. in orat. perf. *vsu loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruavi.* ius autem legendum ex auctoritate omnium veterum cod. non vis.

RES GESTÆ, &c.] res gestæ describuntur verbis heroïcis: quod genus epos appellant: ex quo poëtæ epici nominantur, vt supra diximus ad epist. 2. lib. 2.

QVO SCRIBI P. NUMERO] id est, quo metro, quo carminis genere, quibus pedibus, vt hac epist. inf. *At vestri proani Plantinos & numeros, & Laudauere sales.*

HOMERVS] à quo Mæonium carmen dicitur supra Od. 6. lib. 1. *Mæonij carminis alite:* seu, vt quidam malunt, *aliti*, vt referatur ad Varium.

VERSIBVS

A **VERSIBVS IMPARITER IUNCTIS**] elegis, vt tertio ab hinc versu appellat. profert huc locum Sotipater lib. 2. grammatic. instit. & refert, Scaurum grammaticum commentariis in artem poetice ad hunc locum notasse, *aduerbium figurauit.*

QUERIMONIA PRIMVM] Ode 3. lib. 1. *Albi ne doleas plus nimio memor Immitis Glycera, neu miserabileis Decantes elegos, quod tibi iunior Laesa præniteat fide.*

VOTI SENTENTIA COMPOS] res lætæ, optatæ, & secundæ. nam, quæ nobis ex animi sententia eueniunt, læta sunt, ac iucunda.

ARCHILOCHVM PROPRIO] id est, Archilochus carminis Iambici inuentor, & princeps, iambos suos ad maledicentiam contulit, vel iambis suis armatus scripsit in Lycamben socerum, & eius filiam. vt supra Od. 6. epod. C. Vell. Patere. *neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum, & Archilochum, reperiemus.*

HVNC PEDEM] iambum. Turnebus tamen lib. 9. Aduers. pedem interpretatur versum Iambicum.

S O C C I] comædiæ. infra, *propè socco Dignis carminibus.*

GRANDESQVE COTHVRNI] tragædiæ. sup. Od. 1. lib. 2. *grande munus Cecropio repetes cothurno.* & infra, *Et docuit magnūque loqui, nitiq, cothurno.*

ALTERNIS APTVM SERMONIBVS] dialogis, & sermonibus mutuis. sic Aristot. *ὅτι ποιητικῆς, μάλιστα τὸν λεκτικὸν τὸ μέτρον τὸ ἰαμβεῖον ὄντι. συμμεῖον δὲ τῆς πλείστης τῆς ἰαμβεῖας λέξις ἐν τῇ διαλέκτῳ πρὸς ἀλλήλους.* id est, maximè autem omnium metrorum, ad locutionem, seu ad sermonem aptum est, carmen iambicum: cuius rei argumentum est, quod plurimos versus iambicos usurpamus, in sermone quotidiano. Alternos sermones autem intellige: qui alternatim habentur, hoc est, non semper neque continenter ab vno, sed nunc ab hoc, nunc ab illo: seu nunc ab vno, nunc ab altero vicissim. hoc enim significat *alternum*, nempe quod non est continuatum, sed aliqua aut persona, aut re interposita interruptum: vt alterna mors Castoris & Pollucis, alternis temporibus, alternis annis, & simil.

ET POPVL. VINC. STR.] quia spectatores vociferari, & strepere, desinunt, versibus iambicis delectati.

NATVM REBVS AGENDIS] id est, fabulis, quæ appellantur *δράματα*. vel quia iambus vim habet excitandi ad actionem. Arist. *ὁμοειπὸς* appellat.

FIDIBVS] versibus lyricis.

EQVVM CERTAMINE PRIMVM] qui cursu vicit. vt dixit *pugilem victorem: ita equum certamine primum.*

ET IUVENVM CVRAS] amores, commiffationes, conuiuia, iocos.

DISCRIPTAS SERVARE VICES, &c.] qui suas cuiusque poematis partes, & munera ab ipsa natura attributa seruare nescit, & qui ad opus formas, quæ sunt varix, & multiplices, versus

accommodare pro cuiusque dignitate, ac natura non potest, indignus est nomine poetæ. potest & illud *vices* intelligi de cuiusque personæ officio, & munere, & decore. cuius rei exemplum subiicitur ibi. *Telephus, & Peleus, &c.* discriptas autè id est, διακριτάς, distinctas, distributas, diuicias. sic Od. 3. lib. 1. *sedesque discriptas piorum, &c.*

OPERVMQVE COLORES] operum species, & formas, & varietates. sic vitæ colorem dixit sat. 1. lib. 2. *Quisquis erit vitæ, scribam, color.* & epist. 17. lib. 1. *Omnis Aristippum decuit color, & status, & res.*

PVDENS PRAVE] pudor eius est vitiosus, ac reprehendendus, quæ dicere pudet potius, quam nescire.

CENA THYESTÆ] argumentum tragicum, de quo alibi.

SINGVLA, &c.] suus cuique carmini locus detur: suo quæque materia carmine, & proprio tractetur.

NON VULT] non debet, & βέλεται.

INTERDV TAMEN ET VOCEM, &c.] vt sat. 4. lib. 1. *at pater ardens Saui, quod meretrice nepos insanit amica Filius, &c.* quem locū cum hoc conferre non erit inutile.

DELITIGAT] acriter litigat, vt supra *desauit*, pro valde sauit, epist. ad Iul. Florum 1. lib. 1. & sat. 3. lib. 2. *denarrat.*

SERMONI PEDESTRI] humili, & comico. *πρὸς λόγῳ.*

TELEPHVS, ET PELEVS, CVM P.] subaudiendum verbum est, & legendum *cum, nō cum.* probat autem exemplo personarum tragicarum Telephi & Pelei, nonnumquam in tragædiis sermonem comicum, & humilem adhiberi. est autem hæc horum verborum sententia, Telephus, & Peleus, quo tempore vterque in exilio, atque in egestate versatur, verborum ampullas, & verba productiora, ac longiora, quam quibus vulgus vtitur, omittit, ac remouet, si vult spectatoribus misericordiam voce & lacrymis commouere. P. Victorius hunc locum aliter explicat Variar. lectio-num lib. 14. sed valde ab eo dissentio. neque mihi villo pacto probari potest illa explicatio, *projicere ampullas*, magno loqui. quid enim aliud est projicere, quam procul à se reijcere, amittere, ac repellere? quod Græci *προσβάλλειν* dicunt. Catull. de nupt. Pelei, *Ipsè suum Theæus pro caris corpus Athenis Projicere optauit potius, &c.* Idem ad Camerium, *Fructus projicies amoris omneis.* Virg. *Aeneid. 6. qui sibi lethum Insontes peperere manu, lucemque perosi Projicere animas.* M. Tul. pro C. Rab. *neque ego, cui omnium civium libertas carissima fuisset, meam proiecissem.* Lucret. lib. 5. *Tum porro puer, ut sauis proiectus ab undis Nauita, nudus humi iacet.* Horat. satyr. 3. lib. 2. *qui seruos projicere aurum In media iussit Lybia.* & satyr. 7. lib. 2. *Tu cum proiectus insignibus, &c.* De Telepho autem pauca quædam supra leuiter attigi Od. 17. epod. sed, quod ad hunc locum attinet, Telephi mendicitatem nobilitarunt tragædiæ. Timocles in Iambicis, *ὄν τὸν μὲν πείνης Πτωχότερον αὐτῷ καταμαθάνειν Τηλεφόν Γενόμενον, πτωχότερον ἢ τὸν φέρεται.* id est, nam qui pauper est,

A posteaquam intellexit Telephum factum esse se pauperiorem, paupertate fert facilius. Aristoph. *νεφέλι δὲ γ' εὐπρόσπεις. Καί ποι πρὸς τὸν γ' ἐπιώρυγες Τηλέφορος εἶναι Μήσος φάσκων.* id est, Tu autem rem tuam benegeris. atqui antea mendicabas, cum te Telephum Mysum esse diceres. de eodem vide, quæ protulimus ex Pindaro, & eius interprete Od. 7. lib. 1. ad illum locum, *Narrat pane datum Pelea Tartaro.* quibus libet nunc addere ex eodem poëta, quæ exstant *εἰδ. γ. π. v.* ubi ille ostendens, nullam esse stabilem felicitatem in rebus humanis, ait ne Pelea quidem, & Cadmum, quorum res fuerant aliquando admodum secundæ, cursum vitæ perpetuum sine offensione, & calamitate conficere potuisse. nam, cum Cadmus Harmoniâ, Peleus Thetida uxores duxissent, & utriusque nuptiis etiam Dij immortales interfuissent, illum trium filiarum, Semelæ, Agauæ, Inônis miserabiles casus ita grauitur perculerunt, atque afflixerunt, ut in anguem versus sit: hic amisso filio Achille, in Co insula vitam inopem, & miserâ traduxit, mortemque cum summo animi dolore, & cruciatu oppetiit. Verba Pindari non ascribam: petat, qui volet, ex ipso fonte.

B *PROIICIT AMPULLAS ET SESQUIP.* id est, longè à se reijcit, & omittit verba tumida, grandia, ampla atque inflata, magnifica, iactantiæ & venti plena: seu nimis ornata, & ab usu communi remota: vel quod ampullæ amplæ sunt, unde fortasse nomen traxerunt: vel propter sonitum, quem aqua ex ampullâ effluens mittit. lege hac de re plura ad illum versum, *An tragica desinit, & ampullatur in arte.* Sc. epist. 3. lib. 1. sesquipedalia verba autem, intellige nimium producta, & longa: qualia sunt sesquipedalia: alij præ tumida, & inflata interpretantur.

SI CVRAT C. SP. TETIGISSE] si studet animum spectatoris affectisse, commouisse. Cicer. ad Attic. lib. 2. *mina, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.*

C *DVLICIA SVNTO*] aliud est pulchrum, aliud dulce. licet hoc ex similitudine formæ muliebris intelligere. sunt enim quædam mulieres formosæ illæ quidem, sed insuauis, & iniucundæ, sine lepore, & illecebra: aliæ minus formosæ, sed suauitate, & lepore, atque illecebra commendatæ.

VOLENT,] quidam libri ver. habent, *volunt.*

AGVNTO] impellunt, aut ducunt. epist. ad Augustum, *Ille per extentum funem mihi posse videtur Ire poëta.* Sc.

SI VIS ME FLERE] sic M. Tull. de Orat. ad Qu. frat. lib. 2. *neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut inuideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse, atque iniusti videbuntur.* Sc. quæ deinceps sequuntur. nam ad hunc locum valdè pertinent. sic Arist. lib. 3. de arte dicendi. *σωμομοιοπαθεῖ αἰεὶ ὁ ἀκούων τῶ παθητικῶς λέγοντι.* id est, similiter semper afficitur is, qui audit, atque is, qui affectus commouet dicendo. Sic & Plato in eo dialogo, qui inscribitur Ion, ἢ *περὶ ἰλιάδος*, ubi multis verbis ostendit & poëtas afflatu diuino concitatos sua poëmata

edere, tanquam deorum interpretes, & recitatores poëmatum, seu actores, quos rhapsodos appellant Græci, esse interpretum interpretes, quia cum recitant aliquem locum iracundiæ, aut misericordiæ, aut similis alicuius affectus plenum, & ipsi similiter afficiuntur, & in animis auditorum simile affectum gignunt. sic Plato: *ἐγὼ γὰρ (inquit Ion) ὅταν ἐλεεινὸν πλὴν δακρύων, ἐμπύπλωταί μου ὀφθαλμοί: ὅταν πφοβερόν ἢ δεινόν, ὄρθαι αἱ περὶ χεῖρας ἵστανται ὑπὸ τοῦ φόβου, & ἡ καρδία πηδᾷ.* Cum enim ego aliquid miserabile loquor lacrymis mihi complētur oculi: cum aliquid formidolosum, aut horribile, pili metu ariguntur, & cor palpitat. Cetera legat qui volet apud Platonem. Valde enim ad hunc locum pertinent.

TUNC TVA ME INFORT. LÆD. TEL. VEL. P.] hinc est locanda interpunctionis nota hoc modo, Tunc, id est, cum ipse primus dolebis, ὁ Telephe, vel Peleu, tua infortunia mihi lacrymas excutient: tunc me molestia afficient. sequitur deinceps, *malè si m. l.* Quidam libri habent, *ladant.*

MALE SI MANDATA LOQ.] sin autem parteis tibi à fortuna datas, ages indecenter, & inpetè: si & verbis uteris à persona, quam sustines, atque à fortuna tua alienis, & vultu hilario procedes in scenam, cum sis calamitosus, exsul, mendicus: denique si neque verba, neque gestus ei personæ, quam sustines, & quam representare iussus es, respondebunt: tunc aut me tibi minus attentū præbebo, aut te irridebo. oratio igitur & actio debent personæ, & fortunæ congruere, & conuenire. quidam existimant, hunc esse ordinem verborum, *si loqueris, malè mandata:* id est, si ea loqueris, quæ sunt à tua fortuna aliena, tui auctoris culpa, qui eam orationem tibi attribuerit: aut dormitabo, aut ridebo: à quibus dissentio.

TRIST. MÆST. VULTVM VERBA D. &c.] *Aliud vocis genus* (inquit Cicero lib. 3. de oratore) *iracundia sibi sumit: acutum, incitatum, crebrò incidens, &c. Aliud miseratio ac moror: flexibile, plenum, &c. Aliud metus, demissum, & hesitans, & abiectum, &c.* Cum igitur alius motus aliam vocem desideret: ergo & alia verba desiderat. Hac enim debent esse inter se cōsentanea, motus, vox, verba. Iam qualis motus, talis vultus est: qualis fortuna, talis motus, ut statim dicit. Format enim natura prius, &c. Cum his congruunt illa Ciceronis ex eodem libro paullùm supra. *Omnis enim motus animi suum quendam à natura habet vultum, & sonum, & gestum: totumq; corpus hominis, & eius omnis vultus, omnesq; voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut à quoque animi motu sunt pulsa, &c.*

FORMAT ENIM NATVRA] sic Homer. ὁδ. ε. *Οὐδὲν ἀκιδνότρον γαῖα φέρει ἀνθρώπιον Πάντων, ὅσπερ πύλαι ἐπὶ πύλαι τε, καὶ ἔρπει. Οὐ μὲν γὰρ πτεροῖσι κακὸν πιστάδα ὀπίσσω, Ὀφρ' ἀρετῶν παρέχουσι θεοί, & γένετ' ὄραρ ἦ Ἀμ' ὅπερ δὴ Ἐλυθα θεοὶ μακάρες τελέσσωσι: Καὶ τὰ φέροι ἀεὶ ζῆμονος περὶ ληόπθημῶν. Τοῖος γὰρ νόος ὄειν ἔσπηχονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἔσ' ἡμᾶρ ἄγνοι πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε,* id est, nihil imbecillius alit terra homine ex omnibus, quæ super terram spirant ac serpūt. Affirmat enim numquam fore, ut malum aliquod sibi in posterum cueniat, donec virtutem præbeant dij, & genua

A erigi possint. verum ubi dii immortales aduersi aliquid importarint: tunc etiam inuitus, id fert patienter. Talis enim mens est terrestrium hominum, qualem diem inuenerit deorum & hominum pater. Eadem fere sententia est vulgati huius versiculi, Προς τὸν τυχεὶ τὰς ὀρένας κερτῆμεθα: id est, ad fortunas enim accommodatam mentem habemus. & Terent. in Hecyra, *Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni, atque humiles sumus.* hoc igitur significat Horatius, nos aptos esse natura ad omnem fortunarum habitum, id est, ad omnem fortunæ varietatem, vultu, & fronte, atque ad eodæ animo declarandam, & exprimendam, ut si fortuna sit secunda, lati, atque hilares simus: si aduersa, fracti, humiles, ac demissi. sequitur deinde oratio, quæ taleis animorum motus, atque habitus interpretetur.

AVT AD HVVM DED.] pluribus verbis dixit, quod vno dicere licet. *affligit.*

B SI DICENTIS ERVNT] hic versus P. Victorij sententiam in explicandis verbis illis, *Proicit ampullas*, &c. refellit. si loquentis oratio (inquit Horatius) erit ab eius fortuna aliena, ridebunt equites, & reliqui spectatores. Itaque, si Telephus, & Peleus regno pulsi, & exules, ampullas loquentur, id est, verbis videntur elatioribus, grandioribus, amplioribus, quàm taleis personas deceat, non modo misericordiam auditoribus non commouebunt, verum etiam risum mouebunt.

C INTERERIT MVLT. DAVVSNE] variis modis mutatus, & corruptus est hic versus. nam cum in omnibus ferè libris manuscriptis legatur vel *an Eros*, vel *Herósne*, alij reposuerunt, *Dauus an Heros*: alij *dines*, *an Irus*: alij *Dauus herúsne*: alij *Diuus an Heros*. quarum lectionum nullam probo, & eas omneis puto esse corruptas. Nam primum *Dauus*, & *Heros* personæ sunt ita dissimiles, ac dispares, ut ea res admonitione non egeat. quis enim ita hebes, & tardus est, ut nesciat interesse, vtrum *Dauum* loquentem faciat, an *Agamemnonem*? Præterea *Dauus* proprium serui nomen est, quamuis à natione impositum: at *heros* nomen omnium heroum commune. neque verò me mouet quod quidam vir doctus mihi in sermone dixit, ferri hanc lectionem posse, *Dauus an heros*: quia (inquit ille) *heros* positus est pro *senex*. *senex* autem in comædiis ponitur pro *hero*. Ita igitur hic *heros*, id est, *senex*, quasi *Chremes*, *Dauo* opponitur. proferebat autem ille Virgilij versus ex *Moreto*, ubi *heros* videtur positum pro *senex*. Ergo *aliam molitur opem sibi prouidus heros*. sed, pace illius dixerim, neque *heros* apud Virgilium, *senem* significat, neque, si ita esset, probanda magis esset hæc lectio, quam alia. Nam fingamus ita scriptum esse ab Horatio, *Dauúsne loquatur, an senex*: inepta esset hæc oppositio, cum *Dauus* nomen sit serui proprium, *senex* nomen ætatis appellatiuū. Iam verò apud Virg. *heros* non *senem* significat, sed hominem antiquorum morum, seu heroum illorū simplicitatis & probitatis æmulum, seu heroibus illis probitate & fortitudine animi similē. sic ipse Horat. vsurpauit sat. 2. lib. 2. *hos utinam inter Heros natum tellus me prima tulisset.* Deinde lectio di-

D *uesne, an Irus* non placet eadem ratione: quia *Irus* proprium nomen est mendici illius Homericæ, diues omnium diuitum commune. idemque de lectione *Dauúsne, herúsne* sentiendum, ut omittam quod superuacaneum etiam fuit Horatio, nos de domini, & serui loquentis differentia admonere. Restat quarta, *Diuúsne loquatur, an Heros*, quam audio quibusdam viris doctis omnium optimam videri. Sed ne hæc quidem mihi probatur. Nam diui in comædiis quidem nunquam introducuntur loquentes: in tragædiis autem rarò admodum, tum scilicet, cum dignus aliquis vindice nodus incidere, ut ait Horatius in hac epistola, idque ad explicandas, & expediendas turbas ortas in tragædia, quæ humano consilio non videbantur expediri posse. Quod si aliquando *Diuus* aliquis intercedit nulla turba exorta, ut *Pallas* apud Sophocli. in *Aiace*: id fit propter aliam necessariam causam, quemadmodum in ea, quam dixi, Sophoclis tragædia. Iccirco enim *Pallas* prologi parte agit, quia absurdum erat futurum *Aiacem*, suum ipsius facinus proloqui, ac proferre: neque quisquam alius erat, qui sciret, eum mente captum pecudes iugulasse: quippe qui & noctu, & occultè rem illam perfecisset. Præterea cum sit necesse Deos humano more loqui: alioquin à nobis ne intelligantur quidem: nullus autem excogitari possit hominum sermo grandior, aut elatior, quàm heroicus: non video, quid sit, quam obrem *Horatius*, aut quisquam alius dicat interesse, vtrum deus loquatur, an *Heros*. tolerabilius erat, si dixisset interesse, vtrum loquatur *Apollo*, an *Menelaus*: *Venus*, an *Helena*. sed quid frustra lectorum moror, cum agatur hic de personis comicis? ego igitur hunc versus ita legendum esse dico, *Intererit multum Dauúsne loquatur, Erósne*: ut significet interesse vtrum loquatur seruus callidus, versutus, fallax, improbus, & nequam, an simplex, apertus, veritatis amicus, fidelis, & frugi. Perspicuum est enim *Horatium* hoc loco docere, quemadmodum differt seruus à seruo, atas ab ætate, famina nobilis & potens, à plebeia, & humili, genus & institutum vitæ ab alio, natio à natione, locus à loco: ita inter orationes interesse oportere. Esset autem absurdum, atque ineptum, cum his versibus loquatur de personis comicis, infra autem deinceps de tragicis ab illo versu, *Scriptor. honoratum si forte, &c.* inculcare hic alieno loco deos, & heroas. De *Erote* porro, videor mihi legendo obseruasse, seruos eos, qui hoc nomine appellantur, magna ex parte esse benè moratos, fideles, & caros, vtileisque dominis. Meminerunt omnes, seruum illum *Ciceronis* *Erotè*, esse à domino libertate donatū, quod causam, quam diciturus erat *Cicero*, cum ad eam nondū satis paratus esset, in posterū diem dilatam nuntiasset: *Dauos* verò subdolos, mendaces, fallaces, dominoque suspectos. Iam verò non est id omittendum, quod ad meæ coniecturæ rationē confirmandam vehementer pertinet. Cum ab hinc duodecim circiter annos essem *Tolosa*, incidi in quoddam exemplar pandectarum iuris ciuilibus, manu exaratum. in eo adinaduerti nomen serui

A serui *Eros* passim scriptum cum aspiratione *Heros*. ex ea scriptura, ab illo iam tempore orta mihi suspicio est, in exemplaribus Horatianis manuscriptis antiquissimis, & nō ita corruptis, sic hunc versum in quo versamur, scriptum fuisse, *Intererit multum Dauisne loquatur, Herosne*. secutos esse potest à aliquos homines semidoctos, qui cum reperissent hoc nomen scriptum cum aspirationis nota, eoque nomine eum significari putarent, qui inter diuinam, & humanam naturā interiectus est: scirent autem priorem eius syllabam esse lōgam, atque iccirco numerum, ac mensuram constare non posse, versum commutare ausi sunt, & in locum prioris scripturæ *Herosne: an Heros* substituerunt. atque hanc primam fuisse puto huius loci maculā, ac labē. ex hac stirpe (vt solent amplificari, ac dilatari mala) cetera huius versus errata, mendaque nata sunt, dum suum quisque iudicium secutus, suboque ingenio confusus, deletis germanæ scripturæ vestigiis, nouam lectionem constringit, & comminiscitur. meam coniecturam adiuuant & codices nonnulli Horatiani, in quibus inest hæc scriptura. *Herosne*.

B MATVRVSNE SENEX] Virg. libr. 5. *En. maturus Aestes*. paullo aliter item Hor. dixit *maturus partus*, carm. seculari.

FLORENTE IYVENTA] ἀμαρτῆς ἡλικίας. quod alio loco docuimus.

FERVIDVS] M. Tull. in Catone maiore, *epitularum igitur cum sodalibus omnino modice: sed erat quidam feruor atatis, qua progrediente omnia fiunt. etiam in dies mitiora*. Itaque iuuenes ἀζήτους appellant Græci, quasi ἀζήτους, id est, semper feruētis.

MERCATORNE VAGVS, CVLTORNE VIR. AG.] Vides vt opponat inter se mercatorē vagum, & cultorem agelli: id est, olitorē aliquem, seu potius eum, qui domo se continet, qualis est senex ille Veronensis, quem describit Claudianus, *Felix qui patriis animum transegit in aruis, Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem: Qui baculo nitens, in qua reptauit arena, Vnius numerat sacula longa casa*, &c. aut qualis ille beatus Horatianus: *Beatus ille, qui procul negotiis*, &c. Od. 2. epod.

C SIBI CONVENIENTIA] sibi constantia, & in quibus extrema conueniāt cum primis, vtraque cum mediis.

SCRIPTOR] hic est apponenda interpunctionis nota.

HONORATVM] cur honoratum? quia Iupiter à Thetide exoratus, eum à Græcis tum honorandum curauit, cum Troianos, qui Achille pugnantem extra sua præsidia prodire, & prælium inire non audebant, rursus Achille irato, ea fiducia, audaciæque compleuit, ut ausi sint belli fortunam experiri, Græcosq; magnis cladibus affecerint, ita vt Agamemnonem, qui Achilli Briseida eripuerat, magnopere sui facti pœnituerit, vltroque Briseida cum aliis puellis formosissimis bello captis, amplissimisque muneribus ad eum remisit. Sic autem Thetis apud Hom. *Il. a. Iouem orat. Αλλά σὺ πῆρ μιν πῶσον ὀλίγητι μὴ πῆτα ζεῦ: Τὸ θεοὶ δ' ὅτι πρῶτος πῆται κρῆτες, ὃ φ' ἂν Ἀχαιοὶ Ἰῶν ἑμὸν πῶσωσιν, ὃ φέλλωσ' ἢ τὴν ἐμὴν*. id est, At tu eum honorato ὀ Iupiter Olympie, con-

filiū largitor. Tandiu autem Troianis potentiam, & robur adijcito, quoad Achiui filium meum honorauerint, & eum honore mactarint.

[IMPIGER, IRACVNDVS, INEXORABILIS, &c.] quia talem describit Homerus. atque iracundiam quidem ex primo iliados perspicere licet. ingenio autem inexorabili eum fuisse, declarat liber non^o, vbi ab Aiace σφέλιος, saeuus, durus, indomitus: & τῆλις, id est, immisericors & immitis appellatur. & eodem libro cum Phœnix lōga oratione eum ad lenitatem deducere studisset, Meleagri exemplū adhibuisset, munera cōmemorasset, quæ se Græci vltro promittebant duros, si se exorari sineret, cetera denique collegisset, quæ ad animum iratum placandum, ac mitigandum valere debuerant: his omnibus ne tantillum quidem commotus est, vt Græcis laborantibus succurreret, auxiliūque ferret. Magna sanè vis est ad misericordiam commouendam in iis versibus, quibus exponit Phœnix, illū sibi à Peleo puerum esse traditum, & commendatum, abs se magno studio, magnaque cura educatum easpe ducto, fore, vt, cum ipse liberos ex se non suscepisset, esset ille sibi filij loco. Iam verò alij, qui deinceps sequuntur, vel saxum flectere poterant, quos non me pigebit ascribere, vt insignis Achillis acerbitas, & inexorabilis animus magis appareat, qui de sententia à tali viro, talique oratione non potuerit demoueri. hæc igitur Phœnix, *Αλλ' Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν· ἢ δὲ πεισθῆ Νηλεὺς ἢ πρ' ἔχειν· σπείλοι δὲ πε, καὶ θεοὶ αἰπῶι, Τάν πρ' ὧ μείζον ἀρετῆ, πῆ μὴ π, βίη τε. Καὶ μὲν τὸς θυέεσσι, ὧ εὐχολῆς ἀγαθῆσι, Λοιβῆ τε, κνίσση τε σφραγεσσάσ' ἀνθρώποι, Λισσόμενοι, ὅτε κέν πες ὑπὸ βῆη, ὧ ἀμάρτη*. id est, At Achilles, magnum animum tuum domato, neque verò te oportet immisericordem mentem habere. flexibiles sunt etiam dii ipsi quorū & maior est virtus, & honos, & vis. Verumtamen eos suffimentis ac sacrificiis, & blandis precibus, & libaminibus, & nidore flectunt homines precantes, vbi quis iniustum aliquid commiserit, & peccarit. reliquos versus petat, qui volet, ex Homero. Patroclus item *Il. π. ait*, patrem ei non esse Pelea, neque matrem Thetidem, sed eum è mari, saxisque præruptis esse natum. sic Patroclus, *Νηλεὺς ἔκ ἀεσ σοῖζε πατήρ μω ἰππόπη Πηλεὺς, Οὐδὲ Θέης μήτηρ, γλαυκὴ δὲ σὶ πύπ θάλασσα, Πετρῆ τ' ἡλίβαπι*. Postremò Apollo in ea oratione, qua suadet ceteris Diis, vt Hectore corpus parentibus permittant, vt honore sepulturæ ab eis afficiatur, potius quam Achilli gratificentur, ait Achillem neque animo esse ad æquitatem propenso, neque flexibili voluntate, sed immanitate, & feritate quadam leonina præditum, omnemque humanitatē, ac misericordiam exuisse. sic Apollo, *Αλλ' ὄλωσ' Ἀχιλλῆι θεοὶ βύλεσθ' ἐπαρήγειν, ὧ ἔπ' ἀρ φρένες εἰσὶν εἰγαίσιμοι, ἔπει νόημα Ἰνα μπιθὸν ἐνὶ σῆθεσσι· λέων δ' ὄως, ἀζρια οἶδα, &c.* impigrum autem, fortem, & strenuum accipio, ἀζαδοί, ἀνδρείον. talem enim facit Homerus, quod & Aristot. testatur in lib. *ἄελ ποιητ*. Seruius hunc versum, & eum qui proxime sequitur, profert ad illum Virgilij locum, *hic sauuus tendebat Achilles*. vbi notat ille sauuus propter Hectorem ab equis distractum: quod non placet. sauuus enim dictus à Virgilio est, eadem ratione, qua

A ab Horatio iracundus, aut certè qua ab Homero *αχέτιος*. Appellatur præterea ab Horatio perucax, Od. 17. epod. & cedere nescius Od. 6. lib. 1.

ACER] *sic*, subintelligendum.

IVRA NEGET SIBI NATA] *ἰλιάδ. α. Ἄμοισι δὴ ταῦτ' ὀπιπύλλεο, μὴ γὰρ ἔμοιγε Σήμαιν' ἔτ' ἔργον' ἔπ' σοι πείσασθαι δόλω.* id est, aliis ista manda, non mihi impera. non enim puto me tibi morem gesturum.

NIHIL NON ARROGET ARMIS] *ἰλ. χ. & φ. & alibi.*

FEROX] animosa, vehemens, elata. *ζαμνή* vocat Pindatus. *εἰδ. δ. πυθ.* licet autem hoc ex Medea Euripidis cognoscere. Sed longè diuersa ab iis, qua poëta tragici, & ceteri scriptores de Medea ferocitate, acrimonia, & impotentia, de fratre Abfyrto obtruncato, de filiis eius sua manu necatis, litteris prodiderunt, longè (inquam) alia ac noua de ea narrat Pausanias in Corinthiacis, nempe eâ Iasoni nuptam, Corinthique reginam, filios, qui sibi quotannis nascerentur, in templo Iunonis occultare esse solitam immortalis eos futuros sperantem: verùm cum hæc spes eam fefellisset, & cum se errasse tandem cognouisset, eodémque tēpore ab Iasone deprehensa esset: illum ei multum oranti ignoscere noluisse, & ita Iolcum, ea relicta, nauigasse: Medeam autē regno Corinthi Silypho commendato, ac tradito, illum secutam esse. Sed quod ad hunc locum pertinet, vide Euripid. Med.

B

INVICTA QVE] Euripid. in Medea, *Δεινὴ γὰρ ὤπι ραδίως γὰρ συμβαλὼν Ἐχθρὸν πρὸς αὐτῇ καλλίτικον ἄσπασαι.* id est, horribilis enim est. non facile quisquam inimicitis cum ea susceptis victoriæ carmen canet. ibidem sic Medea loquitur, *Ἐρπ' εἰς τὸ δεινὸν. νῦν ἀχρὸν εὐ-φυχίας.* id est, aggredere ad rem terroris plenam. nunc certatur de animi magnitudine, & præstantia.

FLEBILIS INO] Athamantis, & Inonis duo filij, Learchus, & Melicerta fuisse dicuntur. Ac Learchum quidem Athamas furore præceps interfecit, & in lebetem aquæ feruentis plenum coniecit: mater autem Ino ipsa quoque amentia & furore affecta, vel (vt alij volunt) metu perterrita, cum Melicerta aufugit, & in mare desiliit: quæ postea Dea facta, & Leucothea dicta est, eiusque filius Melicerta, Palamon appellatus. vide Homerum *ὄδυσ. ε.* & interpretes ad illum locum, *Τὸν δ' εἶδεν Κάδμ' μεθυζάτηρ καλλίσφυρος Ἰνὸς Λευκοθέη.* & Pindari interpr. *ἐλυμπ. εἰδ. β. ibi, λέγεται δ' ἐν καὶ θάλασσαν Μετὰ κόρασι Νηρηῖος Ἀλίας βίσιον ἀφθιπὶν ἰνοῖ τετάρθαι τὸν ὄλον ἀμφιζρόνον.* id est, dicunt etiam in mari inter Nerei filias marinas viram immortalem Inoni constitutam esse in perpetuum. & Euripidē in Medea, vbi chorus ait, Inonem duobus filiis necem attulisse.

C

PERFIDVS IXION] cur Ixion dicatur perfidus, cum ex alijs scriptoribus, tum ex Pindari interprete *πυθ. εἰδ. β.* cognoscere licet: cuius hæc verba sunt, à nobis sic Latine reddita. Ixion siue Antionis, siue Pisonis, siue Martis, siue Phlegyæ filius (nam dissentiunt inter se auctores) Diam Deionei filiam duxit uxorem. Erat autem in more positum apud veteres, sponsorum patribus munera quædam dare, vt & Homerus indicat, *Πρωτ' ἔλαπὸν βῆς δάμην, ἔπειτα δὲ χίλι ὕπστη Ἀίγας ὄμιδ' καὶ οἶς.* id est, Primum centum boues dedit, deinde mille capras pol-

licitus est, & totidem oues. Deioneus igitur Ixionem, vt mos erat, filia suæ virum munera poscebat. Ixion verò cum ab illo crebro appellaretur atque ad eò vrgeretur, fossam faciendam curauit, eamque materia, quæ ignem facile, & subito concipere posset, impleuit. quo facto, & socerum quasi ad epulas opiparas, & sumtuosas inuitauit. Ille autem insidiarum, & fraudis ignarus, cum ad eum locum, vbi fossa suberat, peruenisset: in eam iam inflammata incidit, & ita flammis consumtus est. Iam verò cum Ixionem tanto scelere contaminatum nemo expiare vellet, cumque eum omnes de testarentur, & contagionem aspectus fugerent: cum ipsi Dij denique illum aspernarentur, ab illoque abhorrent: solus Iupiter eius misertus, maculam ex illo scelere conceptam deleuit, eum vltro in cælum sustulit, sibi contubernalem fecit. At Ixion neque prioris beneficij, neque posterioris memor, ecce tibi nouum animo concipit facinus, nouumque flagitium aggreditur, & Iunonis amore incensus, rem cum ea habere meditatur. Iupiter autem hoc cognito, nubem, vt Iunoni similis esset, specie quadam falsa conformauit: qua visa exarsit ille, & corpus cum ea commiscuit: ex qua immanem quendam, & monstruosum virum procreauit, nomine Cætaurum. Iupiter porrò manus, & pedes Ixionis rotæ atctissimis vinculis astrinxit: quam in perpetuum volubilem effecit, eique rotæ Ixion alligatus clamat, *benemeritis gratiam esse referendam.*

D

E

IO VAGA] ideò vaga, quia Argo, à Mercurio, interfecto, cui fuerat, posteaquam à Ioue in vacca versa est, à Iunone custodienda tradita, vsque eò vagata est, donec in Ægyptu peruenit, æstro à Iunone immisso, qui assidue eam insectaretur.

TRISTIS ORESTES] nihil notius, nihil clarius Orestis furore. de quo vide Euripidis nobilissimam tragædiā. Plato in Cratylo scribit Orestem nomine ipso *τὸ θηελωδες ἢ φύσεως, καὶ τὸ ἄχρειον, καὶ τὸ ὄρενον,* id est, feritatem, immanitatem, & montanā quandam naturam, declarare. vide annot. ad sat. 3. lib. 2.

SI QVID INEXPERTVM SC. COMM.] si quam tragædiam scribere cogitas, in qua persona sint nouæ, neque dum ab vilo poëta tractata, vide, vt tales sint vsque ad extremum, quales statim ab initio abs te productæ sunt. Seruius profert hunc locum ad illum Virg. versum *Æn. 6. Præcipue prius Æneās, &c. in expertum, valet non expertum παθητικῶς, non tractatum, nō spectatum. nam & M. Tull. expertam virtutem dixit patiendi significatione, orat. pro Corn. Balbo, his verbis. cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præsens, experta, atque perspecta, obiretatorum voce ledetur?*

F

DIFF. EST PROPR. COMM. DIC.] communia hoc loco appellat Horatius argumenta fabularum à nullo adhuc tractata: & ita, quæ cuius exposita sunt, & in medio quodammodo posita, quasi vacua, & à nemine occupata. talia igitur argumenta difficile est abs te nunc primùm occupata, & suscepta, ita tractare, vt propriè tua iure dici possint.

A ILIACVM CARMEN] quod commune non est, sed Homeri proprium: est tamen publicum vt mox dicemus.

DEDVCIS IN ACTVS] in scenam producis, in tragœdiam confers: ex Iliade personas tragicas sumis, & tragœdiam componis. Plato libr. 10. de Rep. Homerum. *περυφθιας η̄νευονα κ̄ῡ δ̄ιδασκαλον*, id est, tragœdiæ ducem, & magistrum nominat.

PUBLICA MAT. PRIV.] antequam hunc locum explicemus, quid intersit inter publicum & commune, videndum. falluntur enim, qui hæc nihil inter se differre existimant. Publicum igitur dictum est, quasi populicum, seu poplicum, & verò nonnulli libri veteres hic habent, *Poplica materies &c.* vbi vulgati, *Publica materies, &c.* ita publicum est, quod est totius populi, vt campus Martius, publicus est populi Rom. ager Campanus lege agraria lata, publicatus est: Regnum Cypri lege Clodia populi Romani publicum factum est: Flumina omnia & portus publica sunt: riparum quoque vsus publicus est, sicut ipsius fluminis: Littorum quoque vsus publicus est, sicut & ipsius maris prætor, cōsul, & ceteri magistratus, & Reges, sunt publicæ personæ. nam totius populi personam sustinent. Publico opponitur priuatum, vt cum dicimus, *ius publicum, ius priuatum: publica persona, priuata persona: iudicium publicum, iudicium priuatum: Rex priuatus*, Horat. sat. 3. lib. 1. *Priuatusque magis viuam te Rege beatus. & infra fuit hæc sapientia quondam Publica priuatis secernere.* Cicero pro Murena. *Odit populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit.* Idem in Rul. ad pop. *Si est priuatus ager Recentoricus, quid eum excipis? sin autem publicus, quæ est ista æquitas?* Commune duobus modis accipitur: vno modo commune appellamus, quod est duorum, aut plurium, vt *paries communis, communis domus, ager communis, epistola communis*: atque harum rerum communium causa, competit actio communi diuidendo: à quarum similitudine dicimus *Martem communem, mortem communem, vitam communem.* & ita illud M. Tul. pro Rosc. Amer. *quid tam commune, quam spiritus viuus, terra mortuus, mare fluctantibus, litus eiectis?* Altero modo communia dicimus, quæ à nemine sunt occupata, neque possessa, & possunt fieri occupantis, vt *aqua profluens, aër, litus maris, lapilli & gemma in litore maris, theatrum*: quarum rerum causa non datur actio communi diuidendo apud iurisconf. Opponitur autem commune proprio, vt Cic. pro Sylla. *Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris: doloris verò & periculi fuit illa causa communis.* idem epist. ad Dol. lib. 9. *Quod me amas, id tibi commune est cum multis: quod tu ipse tam amandus es, tamq̄, dulcis, tamq̄, in omni genere iucundus, id est proprium tuum.* Accipienda porò hoc loco communia, quæ à nemine sunt occupata, id est, quæ nondum sunt à quoquam tractata, vt diximus. His igitur expositis, hunc locum sic explicamus, publica materies est, exempli causa, Ilias Homeri. est enim opus publicum, & totius populi factum, quamuis ab Homero inuentum, scriptum, & editum. Hæc igitur materia, tui iuris, tuique mancipi fieri poterit, si non hærebis in

circulo omnibus patente, & contempto, id est, si tuum auctorem, quem tibi proposuisti ad imitandum, non sequeris ita religiosè, vt nihil addas, de tuo, nihil inuenias, nihil immutes: trita quædam, & vulgata, & omnibus exposita, & facilia, & *ε̄ῡνο̄ῡα* persequaris. *Non circa* autem scriptum offendi in omnibus libris manu scriptis. Quidam publicam materiam dicunt esse argumentum aliis poëtis intactum: quod (inquiunt) priuati iuris erit, si quis ita tractet, vt postea nemo vel idem scribere aufit, vel melius possit: quod cōsequetur si sententias adhibebit non vulgareis, neque de medio sumtas. Ego quod publicam materiam, argumentum aliis intactum volunt esse, non probo: cetera nihil ferè ab iis, quæ scripsi, discrepant.

NEC VERBUM VERBO, &c.] id est, & si non studebis verbum è verbo exprimere, vt religiosus, & fidus interpres: si non te præbebis ita sedulum, ac fidum interpretem, vt ne paululum quidem à tuo auctore discedere audeas. monet igitur hoc loco Horatius, ne eos, quos nobis proposuimus imitandos, aut è quibus argumentum scribendi petimus, ita sequamur, vt interpretes, sed potius vt è fontibus eorum, iudicio, arbitrioque nostro, quantum, quòque modo videbitur, hauriamus. hoc enim se consilio vsus esse scribit M. Tull. & quidem iis ipsis verbis, quæ modo vsurpauit, in Stoicis imitandis, & in quæstione de officiis: quod item se fecisse scribit in orationibus inter se contrariis *Æschinis*. Demosthenisque conuertendis. *nec conuerti* (inquit) *vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimq̄, seruari.* non enim ea me annumerare lectori putauit oportere, sed tanquam appendere. hoc autem præceptum ad elocutionem referendum est.

NEC DESILIES IMIT. IN ARCT.] id est, & si te non conijcies in eas angustias, videlicet nimium longè ab eo, quem tibi proposuisti ad imitandum, discedendo, vnde te explicare honestè non possis: vnde egredi vel turpe sit futurum, vel operis natura, ac ratio non ferat. nam hæc cuiuscumque operis lex est, ne quid inchoatum relinquantur.

REFERRE] sic legendum: & ita habent duo omnium emendatissimi codices. geminatum autem est f. vt prima syllaba producat: qualia sunt illa, *rettulit, subbigit, reperit, &c.* Ita autem loqui solemus, referre pedem ex aliquo loco, non proferre. *Cæsar* libr. 1. de bello Gallico. *tandem vulneribus defessi, & pedem referre, & quod mons suberat mille passuum, eò se recipere cœperunt.* & lib. 10. epist. M. Tull. ad familiares, Ser. Galba. *Cornu sinisterrius, quod erat infirmius, vbi Martia legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoriana, pedem referre cœperunt.*

SCRIPTOR CYCLICVS] poëta nescio quis epicus, circumforaneus, circulator, rhapsodus, qui solebat suum carmen in corona recitare. nonnulli Antimachum significari putant: de quo M. Tull. in Bruto. *Nec enim posset idem Demosthenes dicere, quod*

A quod dixisse Antimachum, Clarium poetam, ferunt: qui, cum conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod nouistis, volumen suum, & cum legentem omnes, prater Platonem, reliquissent, legam (inquit) nihilominus. Plato enim mihi vnus instar est omnium. nonnulli, & ij quidem docti, poetam quemdam alium, qui scripsit κωκικά, saepe ab interpretibus Græcis commemoratum, significari volunt, in quibus est M. A. Muretus. de hoc poemate Philoponus in librum primum ἀναλυτικ. (vt vulgò citat) ἐστὶ δὲ τὸ ἄλλοτε κωκικός ἰδίας ὀνομαζόμενον. ὁ ποιήματι πινὲς, μὲν εἰς ἐπέρας, πινὲς δὲ εἰς ὄμηρον ἀναφέρουσιν, &c. id est, Est enim aliud quiddam, quod propriè nominatur cycclus: quod poema alij aliis, nonnulli Homero ascribunt. Ego auctores quosdam κωκικούς ab Homeri scholiaste video citari ἰλ. γ. ἢ ἰσοπέλα, ὡς πῶς πολεμῶνιοις, ἢ ποι κωκικοίς, id est, historia est apud Polemonios, aut cyclicos.

FORTVNAM PRIAMI] Antimachum non significari ab Horatio ex eo maximè intelligere licet, quod Antimachus bellum Thebanū scripsit:

B quod multis annis ante Troianum gestum est: hic autem, quem reprehendit Horat. bellum Troianum: vt omittam, quòd principium poematis Antimachi hoc fuisse testantur Græci interpretes, Ἐνέπει κρονίδεω διὸς μεγαλοιο θύρατρεις, id est, Dicite Saturnij Iouis magni filia. cuius versus longè alia sententia est, quàm huius, quem hoc loco de Græco expressum profert Horat. Simeon Bosius putabat significari primum versum eiusdem Homeri ex parua Iliad. Ἰλιον αἰείδω, καὶ Δαρδανίω ἑυπαλον, sequitur ἢς ὡδὲ πολλὰ πάθοι Δαναοί, θεῶν πομπῆς Ἄρης, id est, Ilium cano, & Dardanium equis aptam, vel pulchris equis abundantem, Pro qua multa pertulerunt Græci, ministri Martis, ex qua interpretatione, propè ad verbum expressa, cuius qui linguam Græcam non didicerit, licet intelligere, quamobrem aliter sentiam.

QVID TANTO DIGN. F. H. PR. H.]

tanto hiatu, nempe oris. ductum à tragædis, qui interdum cum Agamemnonis, aut Atrei, & similibus personarum parteis agerent, vt grandiloquentiores (si hoc nomine vti licet) viderentur,

*Musa tenens summas Parnassi in vertice sedes,
Nunc adsis, origi, fauens illabere nostro,
Dum memoro prima ductos ab origine reges
Franconis: qui Troiugena satus Hectore quondam
Asryanax, patrio sed dictus ab amne Camandrus.
Huius Troiugena tu dic mihi Musa labores,
Præliaque inuita quoties Iunone, & iniquo
Neptuno terra, pelagòque pericula vicit,
Ante Parisiæ quam mœnia conderet urbis:
At tu Rex animos, dignasque in carmina vireis
CAROLE da: in vestros opus hoc mihi surgit honores,
Argumentum ingens, mea ne mergatur in alto
Cymba, caue: tantas qua nunc vagà fertur in undas.*

quàm maximè hiabant. cum saepe exilem vocem, minimèque tanto hiatu dignam mitterent. sic apud Lucianum saepe vsurpatur illud μέγα κεν ἠνέπεις de tragædis, id est, magnum hiantes. Praterèa magnitudo & granditas verborum, seu grandiloquentia, videtur oris hiatum postulare. Itaque per oris hiatum, grandiloquentiam intelligimus, quæ constat ferè ex ampullis verborum.

PARTVR. MONT. NASC. &c.] prouerbiū in gloriosos ostentatores, & eos, qui magna de se expectatione cōcitata, nihil ea dignum ad extremum afferunt. Athenæus lib. 14. scribit, Tacham regem Ægyptiorum, cum Agefilaum Lacedæmoniorum Regem, breuis stature hominem, qui circuo venerat, vt cum eo bellifocietatem iniret, eique auxilium ferret, hoc intempestiuo ioco lacesisset, ὡδινεν ὄρος: ζεύς δ' ἐφοβείπ: πὸ δ' ἔπειον μῦθ, id est, parturiebat mons: at Iupiter metuebat, ille autem mu rem peperit: regno suo esse spoliatum, priuatūque esse factum, alienato à se Agefilao, societateque diremta, ac dissoluta.

DIC MIHI MVSA VIRVM] principium Odyss. Ἀνδραμοί ἐπέπε μῦσα πολύτροποι, &c. Libet mihi hoc loco occasionem & ansam nacto ex P. Rōfardi, viri clariss. poetæ Regij Franciæ, poemate Gallico, planè cum Iliade Homericæ, & Æneide Virgiliana comparando, versus aliquot Gallicos decerpere, eosque ab Io. Aurato viro singulari doctrina ornato, poetæ Regio, Latinos factos, commentariorum meorum lectoribus legendos exponere, vt intelligant exteræ nationes quæ & qualia ingenia efferat nostra Gallia, & quantopere apud nos floreat bonæ litteræ, liberalisque doctrinæ. Primum autem ex principio primi libri paucos versus proferam, deinde Cassandræ vaticinium, quod constat nonaginta circiter versibus, ex eodem libro subijciam, vt omnes mortales literis exculsi maiore in dies huius diuini poematis legendi desiderio afficiantur, eiusque editionem vel à Rege nostro Carolo nono, vel ab ipso Ronfardo precibus & votis omnibus flagitent. Sic igitur poema suum orditur poeta noster Ronfardus.

Muse qui tiens les sommets de Parnasse,
Entre en ma bouche, & me chante la race
Des Roys François yllus de Francion,
Enfant d' Hector Troyen de nation,
Qu'on appelloit en sa ieunesse tendre
Asryanax, & du nom de Scamandre.

De ce Troyen conte moy les assaulx,
Guerres, discours, & combien sur les eaux
Il a de foyes en despit de Neptune,
Et de Iunon, surmonté la fortune,
Et sur la terre eschappé de perils.
Ains que bastir les grans murs de Paris.

Vous Charles Roy enfléz moy le courage:
En vostre honneur i'entreprens cest ouurage
De long labeur, & gardez d'abismer
Ma nef qui flotte en si profunde mer.

A CASSANDRÆ VATI- LA PROPHEITIE DE D

cinium de Franconis casibus, ex
 primo libro Franciados Petri
 Ronfardi, Io. Aurato poëta
 Regio interprete.

Cassandre des fortunes de Francus,
 prinse du premier liure de la
 Franciade de P. de
 Ronfard.

*Troingena, auspiciis cuius felicibus olim
 Clara futurorum video tot nomina regum,
 Magnanimūq; ducum, populis armisq; potentum:
 Discememor, me vate sacer quam concitat error,
 Qui te cumque manent venturo tempore casus,
 Quo deus vsque finit: veniet qua cetera dicet
 Ordine nympha tibi, vacua cum nudus arena
 Ager, inops rerum, confractus membra iacebis,
 Naufragum ut in gelido proiectum littore corpus.
 Qualis ab arboreo succreuit stirpe sub anras
 Surculus, incumbens operi, quam carpsit acuto
 Frondator ferro. Et trunco succidit ab imo,
 Unde grauis malus, temo aut fabricetur aratri
 Mensibus hibernis, niuisibus cum & sparsa, pruinis,
 Grandinēque horret humus, latet in radice recisa
 Abdita, nec libro suboles caput exserit vdo,
 Donec vere sui nemoris renouante senectam,
 Una locum supplet vacuum generosa propago,
 Frondosisque comis proauitas suscitatur umbras
 Luxurians, letimque caput sub nubila tollens.
 Tu quoque bis capta felicia germina Troia
 Oberibus renouas foliis, rediuiuaque fundens
 Brachia Troianum tolles ad sidera nomen,
 Regum progenitor, per quos subuersa resurgent
 Pergama, & Argolicas spernent viuacia flammās,
 Postquam olim victrix, armisq; & legibus equis
 Gens tua per domitum sua sub iuga miserit orbem.
 Tu tempestates senas & prœlia mille
 Dura feres, caput obiectans: sed Gallica tandem
 Clara manent populis victorem sceptrā subactis.
 Regia deinde tua nascetur origine proles:
 Cui par sub magno surget non altera celo,
 Vis Pharamondorum, Clouiorum, Childericorum,
 Lodoicig; pij, Claudij, fortēsque Pepini,
 Clari omnes armis reges, victricia quorum
 Agmina Idumæas gestabunt vertice palmas.
 Sed tamen ante omnes surget Rex maximus vnus,
 Dinorum genus & magni ætheris incrementum,
 Filius Henrici, bello insuperabilis olim,
 Et Catharina tuus: cuius sub pectore cuncta
 Virtutes ponent facto velut agmine sedem.
 Carolus huic magnum fama per sacula nomen:
 Nomine sed maior gestarum gloria rerum,
 Annis pene puor genitoris & orbis ademii
 Ante diem: cui fida tamen custodia matris
 Rixē regens tenerum, monitisq; salubribus auget,
 Et felix vigor ingenij maturior auro
 Turbatas odiis pacabunt tristibus vrbeis,
 Et populos furis in se discordibus ætos.
 At simul hunc maturum virum firmaverit ætas,
 Et latus armatum validus præcinxerit ensis,*

Prince Troien, de qui dès meinte année
 J'ay bien preueu la belle destinée,
 Tige de Ducs, de Roys, & d'Empereurs,
 Grands aux combats, des peuples conquereurs!
 Entends de moy d'esprit toute rauie,
 La plus grand part des gestes de ta vie.
 Dieu me deffend de te chanter le tout:
 Tu en sçauras commencement & bout
 Par vne nymphe, apres que le naufrage
 T'aura iecté tout nud sur le riuage,
 Froissé, cassé, sans ayde, & sans support,
 Comme vn corps froid estendu sur le bord.
 Or tout ainsi qu'en parfait & accroissance
 Le reiecton de l'arbre prend naissance,
 Qu'un bucheron à l'ouurage panché,
 A fleur de champ, de son fer a tranché,
 Pour faire vn mas, ou bien vne charüie
 Au mois d'hyuer, quand la terre est chenuë,
 Blanche de neige, & de gresle qui poingt:
 Le reiecton se cache & ne sort point:
 Mais au printemps renouellant son estre
 Seul prend la place au lieu de son ancestre,
 Et fait reuiure en son bois ses ayex,
 Leuant son chef fueillu iusques aux cieux:
 Ainsi tu es de Troie saccagée
 Le reiecton: à la cyme chargée
 De fueille & fruit, qui doibs par ton moyen
 Iusques au Ciel pousser le nom Troien,
 Pere de Roys, qui en despit des flames
 Des Grecs veinqueurs, referont noz Pergames,
 Ayant par force & iustice domté
 Le monde entier d'vn & d'autre costé.
 Tu passeras meinte dure tempeste,
 Et meint combat ennemy de ta teste.
 Mais à la fin par bataille tu doibs
 Vaincre soubs toy tout le peuple Gauloys.
 De toy doit naistre vne race Royale,
 Qui soubs le ciel n'aura point son egalle,
 Des Pharamonds, Cilderies & Clouis,
 Des Claudions des Pepins, des Loui,
 Princes guerriers, dont les belles armées
 Auront au chef les palmes Idumées.
 Vn Roy viendra des cieux le fauory,
 Fils d'vn grand prince, inuincible Henry,
 Et d'vne Roine accorte Catherine:
 Roine qui doit loger en sa poitrine
 Toute vertu, CHARLES sera son nom:
 Dont les hauts faiçts passeront le remom,
 Bien ieune d'age, orphelin de son pere,
 Estant conduict des conseils de sa mere,
 Et d'vn aduis heureusement bien né
 Appaisera son peuple mutiné,
 Qui furieux, par les villes Françoises
 Bouillonnera de sectes & de noises.
 Mais aussi tost que la viuë vertu

Armera

A Fortibus inque humeris thoracis stridor aheni
 Horruerit strepitans pro vita & honore suorum.
 Florentis tangens annos, magis ille pudore,
 Quam stipante metu tutus, leget agmine terras
 Belligero, & dux alba nigros desiget ad Indos
 Signa suum Oceano claudens virinque laborem.
 Jam mihi quadrupedans sonus exauditur equorum,
 Pulsantum are solum, iam regia signa ferenteis
 Armigeras acies, iuuenilis robor apibus,
 Ordine prospicio longo, fulgentibus armis
 Terra riget, hastisq; manus, latera ensibus horrent:
 Senus inest furor his, & seua minacibus ira
 Vultibus, & sola sub pedibus concussa tremiscunt,
 Compositis gradibus praesentia signa sequentum,
 Quales ad imperium venti procedit in alto
 Vndarum legio, cursuque ferente secundo
 Post alios alij voluntur in ordine fluctus,
 Donec agens tandem validi vis incita flatus
 Depulit impulsos extremam ad litoris oram.
 Non ille audebit regi se opponere quisquam
 Bellanti, siue ipse pedes peditem ante maniplos
B Ibit ouans longi crispans vibrantia conti
 Robora, seu campum pedibus pulsabit equinis,
 Calce rigente premens armos pernicis Iberi,
 Pulvere foedatus vultus, aptiusque lacerto
 Multa cede rubro gladij splendentis acumen,
 Non secus ac quondam segetis per plana feracis,
 Densi falce cadunt matura messis acerui:
 Atque alius alij super agglomerantur, ab estu
 Torrida cum portant sub toctum farras coloni:
 Sic reuoluta ruent sub lato corpora ferro
 Multa simul cumulata solo: paucor vndique & horror
 Illius & dextram, & ferrum ferale sequentur.
 Vt tamen eius erit metuenda rebellibus ira
 Gentibus, horrendo quos fulmine proteret hasta:
 Sic victis clemens populis victoria parceret,
 Temperet ut vireis leni pietate seuerus.
 Carolus hic claros celi stellantis ad axeis
 Facta sua, & Troas proanos, Phoebus auspice, mittet.
 Post ubi longae venient iam tedia vitae,
 Alter ut in magno sole fulgebit Olympo.
 Ergo age nunc alacri, Franco, loca mente relinquens,
C Ne tua tot claros ignavia lenta nepotes
 Obruat, aeternis, euo veniente, tenebris,
 Perge celer, quò fata vocant, superiq; secundi.

ANTIPHATEM] Antiphates, rex Laestrygonum, à quibus Vlysses, eiusque socij ad vnum discepti essent, nisi funibus anchorarum praecisis quamprimùm è portu soluisent, se léque in altum receperunt: quo ex periculo tamen non omnes naues seruatae sunt, sed aliquot cum vectoribus perierunt. narrantur hæc ab Vlysse ὁδ. κ. ἀντίτ' ἐξ ὀνέ- π' ἄρ' ἰοντες, &c. id est, Tū ego socios praemissi, vt exquirerent, & explorarent, &c.

SCYLLAM QVE] Scylla (vt scribit interpres Hom. ὁδ. μ.) Phorcynis, & Hecatae filia: cuius latera catulis latrantibus succincta fuisse dicuntur. vera Scylla vortex aquarum fuit, cui saxa volubilia, vagaque luberant. alij rupem, seu scopulum

Armera ce Roy du fort glaiue pointu,
 Et qu'on voirra pour l'honneur de ses Gaules
 Le corselet craquer sur les espauls,
 Ayant la fleur de la ieunesse attainit,
 De ses subiects plus honoré que craint:
 Ira couvrir le monde de gendarmes,
 Et plantera iusqu'aux Indes ses armes,
 De l'Ocean limitant ses trauaux.
 l'enten desia le pié de ses cheuaux
 Frapper la terre, & deslous ses bannieres,
 Aller de rang les ieunes guerrieres.
 Ayant le dos herisè de harnois,
 Le flanc despée, & la main de long bois.
 Eux menasant d'vne effroyable face
 Les ennemis, feront trembler la place
 Deslous leurs pieds, en ordre se suiuaux,
 Comme les flots marchent deslous les vents
 L'vn apres l'autre, & de suite esbranslée
 Sen vont roulants par la pleine salée
 Iusques à tant que le venteux effort
 Les ait pouffez contre le front du bord.
 Nul n'osera se trouuer en bataille
 Contre ce Roy, soit que pieton il aille
 Deuant les siens, d'alegresse tout plein,
 Crespant les plis d'vne picque en la main:
 Soit qu'acheual il frape la campagne,
 Piquant les flans d'vn beau genet d'Espaigne,
 Couuert de poudre, ayant pendu au bras
 Vermeil de sang, le tranchant coutelas:
 Ainsi qu'on voit tomber soubz la faucille
 Meinte lauelle en la pleine fertile
 L'une sur l'autre, alors que la saison
 Fait emportet les bleds en la maison,
 Ainsi tombera deslous sa large espee
 Meint corps, meint bras, meinte teste coupée
 Roulante à terre: vn horreur, vn effroy
 Suiuront le glaiue & la main de ce Roy.
 Mais tout ainsi qu'aux rebelles courages
 Fera sentir l'effort de ses orages,
 Il sera doux au peuple surmonté,
 Ayant la force ensemble & la bonté.
 Ce Charles Roy iusqu'aux flammes celestes
 Fera voller nostre race & ses gestes:
 Puis estant soul de ce monde enuieux,
 Comme vn Soleil reluira dans les cieus.
 Pout ce Francus aligrement desplace:
 N'estouffe point vne si belle race
 Par ton seiour, & marche sans effroy,
 Ayant les yeux si dextrement pour toy.

esse dicunt. Homerus autem libro Odyss. supra commemorato, eam describens, ait vocem mittere voci catuli nuper admodum nati simillimam: ipsam monstrum esse ingens, & immane, & vel Deo immortali formidolosum, pedes habere duodecim, omneis ad ingressum ineptos: siquò autem ire velit, eò pennis volare, non pedibus ambulare: sex ei colla esse longa, & in vnoquoque eorum caput inesse horribili aspectu, in ore triplicem dentium ordinem crebrorum, & cruentorum. cetera ex Homero pete: cuius hi sunt versus, Ἐθα δ' ἐνὶ σκύλληναί, δεινὸν λελακίαι, Τῆς ἥτοι φωνῆ μὲν ὄση σκύλακος γεογιμηῆς, Γίνεται, αὐτὴ δ' αὐτὴ πέλαρ κακός,
 Hhh ij

A ἴδ' ἔκ' αἰσῶν τῶν ἰσθμίων ἰδάν, ἔδ' εἰ θεὸς ἀνιδόσιον, &c. M. Tul. orat. de Harusp. responsis, *Quam Scyllam tam eminentibus canibus, tamq̄, ieiunis poëta fingendo exprimere potuerunt, quam quibus istum videtis Gellius, Clodij, Titij rostra ipsa mandentem?* Idem Verr. de supplicij, *Hoc infestior nautis Verres, quam Scylla, quod multo se pluribus, & maioribus canibus succinxerat.* De Scylla lege Appollonium libr. 4. Argonaut. & interpretem.

CVM CYCLOPE] ἴδου. Polyphemi, & Cyclopum fabula narratur. Homer. *Ἐνθα δ' ἀνὴρ ὄναιε πλάσιος, ὃς ῥά τε μῆλα Οἶος ποιμαίνεσκεν ἀπὸ πρῶθεν, ἔδ' ἔμετ' ἄλλος Παλεῖτ', ἀλλ' ἀπ' αὐθεν ἐὼν ἀθεμίστα ἦδ' ἦ. Καὶ τὸρ θαυμ' ἐπέπλετο πλάσιον, ἔδ' ἐφ' ἔκει Ἀνδρῆζα σιτοφάγῳ, &c.*

NEC REDITVM DIOM. AB INTERITV] id est, nec reditum Diomedis à bello Troiano, aut aliam narrationem, nimis longè repetit. Antimachum obscurè reprehendit, qui poëma suum de Diomedis casibus conscriptum, ab interitu Meleagri patris orsus est. Meleager Tydei frater fuit, Oëne filius: qui, cum aprum Calydoniū interfecisset, eiusque pellem, & caput, Atalanta amicæ suæ donauisset, Thestia & eius auunculi utrumque illi ademerunt, & Meleagro insidias compararunt. Quare cognita ille eos interfecit, propter quam causam Pleuronij Calydoniis bellum intulerunt. Althæa Meleagri mater ob fratrum suorum eadem filio irata, eum execrata est, eique interitum exoptauit. Cùm Calydon postea à Curetibus oppugnaretur, neque iam Calydonij impetum hostium sustinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placatæ rogatu opem ferre patriæ voluit. flexus tandem, & victus Cleopatæ vxoris precibus, hosteis à mœnibus Calydonis propulsauit, ac profligauit, periculôque patriam liberauit. Althæa autem odio in filium pristino renouato, facem ei à Paris donatam, qua eius vita definiebatur, inflammavit, & consumpsit. quo facto ille interiit. vide Homer. & Eustat. in *id.*

NEC GEMINO] Iupiter Ledæ amore captus, sub cygni specie rem cum ea habuit. ex hoc concubitu Leda ouum peperit, idque in capsam quandā cōdidit, ex quo postea Pollux, & Helena nati sunt. Castor autem, & Clytemnestra ex altero, quod illa à Tyndaro compressa ediderat, exstiterunt. Quamuis igitur Helenæ raptus Græcis belli Troiani causam præbuerit, non tamen Homerus ab ovo illo, ex quo exclusa Helena est, id est, non tam ex alto rem repetit, neque vsque à capite arcessit, sed ab ita Achillis egregium illud, & immortale poëma orditur. Iracundiæ autem cœpit Achilles paullo ante vrbis Troiæ excidium.

ET IN MEDIAS RES, &c.] in medias res ita rapit auditorem, vt is earum principium non desideret. nam quæ antecesserunt vrbis Troiæ expugnationem, & iram Achillis, ea mito poëta artificio, seu ingenio, seu utroque in libris deinceps sequentibus occasione arrepta narrantur. nonnulla etiam, quæ in Iliade locum habere non videbantur, in Odyssæa referuntur.

MENTITVR] verisimiliter. nam docuit alios Homerus ita falsa dicere, & mentiri, quemadmo-

dum oportet, inquit Aristot. lib. de poët.

QUÆ DESPERAT TRACTATA] id est, quæ videt nullum orationis nitorem, neque ornamentum capere, si à se tractentur, ea prætermittit.

SI PLAVS. EGES AVL. MANENTIS] id est, si spectatorem cupis tibi contingere, qui tantisper spectet, donec aula (quibus obtenditur, ornatuque scena, seu theatrum potius) remoueantur: qui non discedat è cauea antequam aula sublata sint, &c. plausorem appellat, spectatorem plausu fauentem. vide sup. in epist. ad Aug. lib. 2. ad illum locum, *Quattuor, aut plureis aulae premuntur in horas.*

ET VSQVE SESSURI] ab hoc verbo *sessorè* nominauit spectatorem, epist. ad Iul. Flor. lib. 2. *In vacuo letus sessor, plausorq̄, teatro: & sedilia, sedes, vnde spectabant. hoc libro infra, Nondum spissa nimis complere sedilia statu.*

DONEC CANTOR, VOS PLAVD. DICAT] id est, donec peracta ab histione sit fabula. M. Tullius vsurpauit translata in Catone. *neque enim histioni, vt placeat, peragenda est fabula: modo in quocumque fuerit actu, probetur: neque sapienti, vſque ad plaudite veniendum: breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene, honestèque viuendum.* cantorem autem pro actore, seu histione posuit.

DECOR] id est, τὸ ἀρετῶν, decorum.

MOBILIBVS] non leuibus, aut inconstantibus, vt quidam putat, sed quæ variatis ætatibus immutantur.

REDDERE QUI VOCES] puer, qui scit iam ad interrogata, & ad ea, quæ audiuit, respondere, sic loquitur Virgil. *Æn. 1. cur dextra iungere dextram Non datur, ac veras audire, & reddere voces?* & Catull. de Thet. & Peleu nupt. *Nec missas audire queunt, nec reddere voces.*

IRAM COLLIG. AC PONIT TEM.] temerè irascitur, & temerè placatur. Ter. in Hecyra. *Pueri inter sese quam pro leuibus noxiis iras gerunt? Quapropter? quia enim, qui eos gubernat, animus, infirmum gerunt.*

CUSTODE] pædagogus. idem sat. 4. lib. 1. *Dum custodis eges.* & sat. 6. *Ipse mihi custos incorruptissimus omnes Circum doctores aderat.* & infra. *An custos famulusq̄, dei Silenus alumni.*

ET APRICI GR. C.] & campo aprico. Apricus locus, à sole apertus, à Græco vocabulo *περικκ*, quod horrore significat, appellatur, quasi ἀπερκος, id est, sine horrore, videlicet frigoris. Hæc tere Festus.

CEREVS IN VITIUM FLECTI] cereus flecti, ex eorum genere est, quæ annotauimus supra ad Od. 8. libr. 4. significat autem hoc loco mollem, & flexibilem. Itaque *cereus in vitium flecti*, id est, flexibilis ad vitium, nihil enim mollius cera: nihil, quod facilius sequatur, quocumque ducas: nihil, quod magis arbitrio nostro fingatur. Itaque Platonis lib. 9. de repub. cùm apud eum Socrates, Glauconem, feram quandam animo depingere iussisset, variam, & multorum, ac dissimilium capitum, ex quibus alia cicuribus bestiis, alia feris conueniant, ita respondet Glauco, *δεινὸν πλάσσει τὸ ἔργον: ὁμοῦ δὲ ἐπειδὴ εὐπλαστότερον κινῆσαι τῶν*

A τῶν ποιῶν, ὁ λόγος, πηλάδιον, id est, miri cuiusdam, & sollertis artificis opus: Veruntamen quoniam oratio facilius, quam cera, & cetera id genus, in quaslibet formas fingi, & flecti potest, esto tibi ficta, quem Platonis locum videtur M. Tull. lib. 3. de oratore exprefisse, his verbis, Nihil est enim tam tenerū, neq; tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. Idem cod. lib. sed verba nos cum iacencia sustulimus, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus.

VITILIVM TARD. PROV.] sic Aristot. φιλοπρ. β. φιλοζήματα δὲ ἥκιστα, διὰ τὸ μὴ πρὸς εὐδαιμονίας πεπεισμένοι, i. nimirum pecunia amātes, aut cupidi sunt iuvenes propterea qd nondū egestatis incommodum experti sunt.

SVALIMIS] elatus, & ferox. sic Aristot. ibidē, καὶ φιλόπρῳ μὲν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόπρῳ. Ἐπειροχῆς γὰρ ὄψιθυμῶν ἢ νεότης, ἢ δὲ νεκρὸν ὄψιθυμῶν, id est, & ambitiosi quidem sunt, sed magis vincēdi cupidi. praestantiam enim excellentiamque expetit atas florens: at νεότης, excellentia quadam est.

ET AM. RELINQ. PERN.] sic Aristot. eodem lib. εὐμετάβολοι δὲ, καὶ ἀλίκοροι πρὸς τὰς ὀπθυμίας, καὶ σφόδρα μὲν ὀπθυμῶσι, ταχὺ δὲ πείονται, id est, mutabiles autem sunt, & in cupiditatibus satietate, ac fastidio citò afficiuntur, & cum vehementer concupiscunt, tum celeriter concupiscere desinunt.

CONVERSIS STUD.] cum aetate conuertuntur studia, & naturæ. iccirco mobileis naturas supra appellavit, vt dixi.

ÆTAS VIRILIS] quæ media, & constans appellatur.

QUÆRIT OPES] quærit opes, id est, quærit diuitias tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates: quòd si maiore paullo sit animo, in eo pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem, & ad magnificos apparatus, vitæque cultum cum elegātia & copia, vt scribit M. Tull. de offic. lib. 1.

ET AMICITIAS] sunt enim amici optima & pulcherrima vitæ supellex, vt ait idem M. Tull. in Lælio.

INSERVIT HONORI] studet ambitioni: in studio honorum occupatus est. Arist. φιλοπρῳ μὲν πρὸς ἄλλους, sic autem loquitur M. Tull. pro cæmio lib. 2. de off. postea quàm honoribus inservire cæpi, meque totum resp. tradidi, &c.

QVOD MOX MUT. LAB.] cuius mox cum pœniteat. Terent. Andr. Haud mutofactum.

VEL QVOD QV. ET INV. &c.] magnum hoc in primis, & graue senectutis incommodum, & ad quærendum omni studio incumbere, & ab vtendo abhorretere.

INVENTIS] quaesitis, partis. Terent. Heaut. inueniendus est Aliquis, labore inuenta meo cui dē bona.

ACTIMET VTI] sic Aristot. ibid. ἀνελευθεροί. ἐπιγὰρ τῶν ἀναγκάων ἢ εὐσῆα. ἀμα δὲ καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν ὡς χαλεπὸν τὸ κτήσασθαι, καὶ ῥαδίον τὸ ἀποβαλεῖν, id est, auari sunt senes, atque illiberales. facultates enim in rebus, ad vitium, cultumque, necessariis: numerantur: simulq; vsu didicerunt, quàm difficile sit inuenire, quàm facile rursus amittere.

VEL QVOD RES OMN. TIM. G.] Aristot. ibidem κατὰ φύσιν μὲν οἱ γὰρ εἰσιν. οἱ δὲ νέοι θερμῶι, ὡς

πρὸς ὀπίσθησιν τὸ γῆρας τῆς δειλίας. Ἐπὶ δὲ φόβος κατὰ φύσιν ἢς βῆ, id est, frigent enim senes: iuuenes autem calent. itaque ad timiditatem senectus quodammodo viam mittit. Nam & metus ipse refrigeratio quadam est.

MINISTRAT] administrat, gerit.

SPE LONGVS] longinqua sperans, exempli causa, consilia capiens, quæ in longum tēpus conferantur, cum breue admodum ei vitæ spatium sit reliquum. nemo enim tam senex est, vt se annum non putet posse viuere. ita supra spem longam dixit, ad Sextiū Od. 4. li. 1. Vita summa breuis spem nos vetat inchoare longam. & ad Leuconoēn, Od. xi. ciuld. spatio breui spem longam refecet. Arist. tamen ibid. ita de senib. ζῶσι τῆς μνήμης μᾶλλον, ἢ τῆς ἐλπίδος, id est, viuunt memoria potius, quàm spe.

INERS] segnis, & ad agendum ineptus, aetatis vitio. Arist. ibid. ἡ ἀπραγμοσύνη τὰς ὀπθυμίας, ἀλλὰ καὶ τὸ κέρδος. non sunt ad agendum apti ob cupiditates, sed ob lucrum. vel sic, ad agendum non impellit eos cupiditas: sed lucrum.

AVIDVSQVE FVTVRI] Aristotel. ibidem καὶ φιλόπρῳ, ἡ μάλιστα ὀπθυμῶν τῆς τελευταίας ἡμέρας, διὰ τὸ τὸ ζῆν πρὸς εἶναι ὀπθυμῶν. ἢ δὲ ὀφθαλμοί, τότε μάλιστα ὀπθυμῶσι, id est, & vitæ sunt cupidi, idque maximè decurso propemodum vitæ curriculo, propterea quòd eius rei, quæ abest, cupiditas est. Itaque, quo egent, id maximè concupiscunt.

DIFFICILIS] δύσκολος, morosus. M. Tull. in Catone. at sunt morosi, & iracundi, & difficiles senes.

QUERVLVS] μεμψιμοίρος, Aristotel. senes ὀδυρπῆδες appellat, quòd idem valet.

LAVDATOR TEMPORIS ACTI SE PER O] Aristot. ibid. διατελοῦσι γὰρ τὰ γινόμενα λέγοντες, ἀαμνησκόμενοι γὰρ ἠδόνται, id est, res praeteritas nunquam amnarrare intermittunt. letantur enim, cum eas memoria repetunt.

CENSOR, CASTIG.] nonnulli libri veteres habent conuerso ordine castigator, censorq;.

MVLTAE FERVNT ANNI VENIENTES, &c.] anni venientes appellantur ab Horatio, vsque ab incunabilis ad corroboratam, & mediam aetatem: recedentes autem vsque à media aetate ad ro-

gum. commoda porro accipio, florem aetatis, velocitatem, vireis corporis, pulchritudinem, hilaritatem, bonam valetudinem, sensus integros, ac vegetos: quæ omnia ferè adimit hominibus senectus, atque in eorum locum reponit rugas & canitiam, pedum tarditatem, infirmitatem, ac debilitatem, deformitatem, tristitiam, morbos, cecitatem, furditatem, obliuionem, stuporem, & cetera mala. quòd item elegantissimè exponit Xenocr. in Axiocho, his verbis, εἶπε λαβὸν ἔπεισθηθε τὸ γῆρας· εἰς ὃ πᾶν σὺρρεῖ τὸ τῆς φύσεως ὀπθυμῶν, ἢ δυσσαλδῆς, καὶ μὴ πρὸς θάπτον, ὡς χέως, ἀποδίδω τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάς ἢ φύσις ὀπθυμῶν, ἀνεργάζει τὸ μὲν ὄψιν, τὸ δ' ἀκοήν, πολλὰς δὲ ἀμφω καὶ ὀπθυμῶν, παρέρυσαν, ἐλαβήσατο, παρήρθησεν, id est, deinde furtim subit senectus, in quam, quicquid habet natura Acherunticum, debile, sanatum difficile, ac desperatum, confluit. Quòd nisi quis fat citò vitam, vt res alienum, reddat: instans, vt fœneratrix, natura pigneratur ab hoc videndi sensum, ab illo auditum, sapenunero vtrumque.

A Quod si quis diutius manserit in vita eneruat, mu-
tilat, membra luxat, ac debilitat. sic Diphilus ap-
ud Stobaeum Ἄπαντ' ἢ ἐργαζόμενος ἀδυνάστευε πολὺς
πρὸς τὸ βίον ὀχρὸς, ὡς ἐνέει Χαίρει μεταπλάττων πάντα, ὅτι
τὰ χείρονα. id est, Omnia efficiens infirmiora canus
artifex tempus est, o hospes. Gaudet conuertisse
omneis homines in deterius. Cum his congruunt
illa, quae sunt apud Herod. Thal γυῖο γὰρ ἀνὴρ καὶ
δοξοδέξαο ἔργον, ἕως νέος ἢς ἠλικίῳ αὐξάνομενον γὰρ τὰ σώ-
ματι συναυξοῦνται καὶ αἱ φρένες: γρησάτοισι σὺ γρησάτοισι, ὅ-
τι τὰ σφραγίσματα πάντα ἀπαμβλύνονται: id est, Nunc e-
nim aliquod facinus edere possis, dum iuuenis es.
Nam vnā cum crescente corpore crescit etiam
mens: & cum senescente, senescit, & ad res om-
neis obtunditur. Aliter autem dixit sup. epist. ad
August. *annos recurrenteis.* significatur enim illo
loco annorum, & aliorum temporum natura, quae
vbi occiderunt, renascuntur: quemadmodum
declarat Oda illa 7. lib. 4. *Diffugere niues, redeunt,*
iam gramina campis, &c. Immortalia ne speres, mo-
net annus, & alium Quae rapit hora diem: Frigora
mitescunt Zephyris: ver proterit aestus, Interitura, si-
mul Pomifer auctunnius fruges effuderit: & mox Bru-
ma recurrit iners. Damna tamen, &c. Atque haec
annorum, & mensium, & dierum morientium,
ac renascentium ratio declarat illud anigma: Εἰς ὁ
πατήρ, παῖδες δὲ δώδεκα. τῶν δὲ ἐκάστῳ Παῖδες τεῖκοῦντα
διὰ δόξα εἶδος ἔχουσαι. Διὸ μὲν λευκαὶ ἔασσιν ἰδεῖν, αἰδ' αὐτῆ
μέλαινα. Ἀθάνατοι δὲ τὸ ἕσσαι, ἀποφθίνουσιν ἅπαντα. id est,
(vt ad verbum interpreter) vnus pater est: filij autem
duodecim. horum autem unicuique filiae sunt trigin-
ta. formis dissimiles, aliae quidem aspectu candida, aliae
verò nigrae. Cum sint autem immortales, moriuntur
omnes. Si quis autem totidem versus Latinos Grae-
cis respondenteis postulabit, age, mos ei à nobis
geratur. *Bis sex sunt nati patris vnus: & decies tres*
Forma dissimiles illorum à stirpe profecti, Nigri alij al-
bi contra alij. cum autem Libitine Exsortes omnes
sint, intereunt tamen omnes. significatur autem an-
nus, qui constat duodecim mensibus: quorum vn-
iuscuiusque dies sunt triginta, &c.

B *AD INVENTIS] appositis, & accommodatis*
atati.
AUT AGITVR RES IN SCENIS, AVT]
quaedam sunt agenda in scenis: estque id, quod di-
cit Arist. δὲ τὸ ὄψιν, id est, rebus in conspectu posi-
tis: quaedam propterea quod sint nimis atrocía, aut
horribilia, aut visu fœda, aut incredibilia, non sunt
coram agenda, sed ea satis est ab histrione, quasi in-
tus acta sint, renuntiari: & hoc modo misericor-
diam commouent, aut terrorem animis inferunt
ἐν συνείδησει τῶν ἀσπασμάτων.

SEGNIVS IRRIT. ANIMOS] minus affi-
ciunt animos, quae sunt audita, quàm, quae sunt
visa, aut spectata. Lucianus in Herodoto, ex He-
rod. vt proximè planum fiet, τὰ δὲ ὀμμάτων φαινόμενα,
πρὸς τὸ εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν. id est, quae oculis cernun-
tur, certiora videntur esse, quàm quae audiuntur,
licet hunc versus Horatianum etiam ad hanc sen-
tentiam accommodare, ea, quae oculis cernuntur,
magis nos afficere, quàm quae audiuntur. sic M.
Tull. epistola 1. libr. 6. ad Torquat. *Nam & si quo-*
cumque in loco quisque est, idem est ei sensus, & ea-

D *dem acerbitas ex interitu rerum & publicarum, &*
suarum, tamen oculi augent dolorem, qui ea, quae ce-
teri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miseris
cogitationem sinunt. Idem epistola 4. ad eundem eod.
lib. *Equidem nos quod Roma sumus, miserimum es-*
se duco, non eò solum, quòd in omnibus malis acerbius
est videre, quàm audire, sed etiam, &c. Sic tragicus
ille: τῶν ἀσπασμάτων τὰ μὲν ἄλγος ἄπειν. ἢ γὰρ ὄψιν ἢ πα-
ρα. id est, eorum, quae acta sunt, tristissima & lu-
ctuosissima absunt. aspectus enim non adest. Pu-
to tamen hanc esse Horatij sententiam, incertio-
ra esse, & difficilius credi, quae audiuntur, quàm
quae oculis cernuntur. & contrà, certiora esse, &
facilius credi, quae oculis cernuntur, quàm quae
auditu sentiuntur. Atque, vt haec vera sunt, ira &
illud est verissimum, oculis difficilius fidem fieri,
quàm auribus: hoc est, oculos minus esse facileis
ad credendum, quàm aureis, & maiorem effica-
citatem, quàm audiendi sensum, desiderare. Nam
aspectus quidem vnā cum iis, quae oculis subij-
ciuntur, concurrat, & conspirat: auditum verò fa-
cile est verbis artificiosis, & falsis rationibus capere,
ac fallere. Verbigratia Homerus contentionem
describens ita magnam facit, vt caput caelo tangat,
& tamen humi vno tempore pedes ponat: atque
haec credit auditor Homerum legens: quod fi-
ctor, aut pictor consequi non possit, quia tantam
imaginem, aut statuam oculis spectatorum sub-
ijcere non possit. Haec Dionis Chrylostomi sunt
ferè, oratione Olympica. locum indicabo, ὅτι τὸ
λεγόμενοι ὡς ἐστὶν ἀκοῆς πιστότεροι ὀμμάτων, ἀληθῆς ἴσως πολὺ κα-
μὴν δυναθῆσθεα, ὅτι πλείονος δέδομενα ἐπιρρησίας. ἢ μὲν γὰρ ὄψιν
αὐτῆς ὀραμένους ἐμβάλλει. τὴν δ' ἀκοῆν ἢ καὶ ἀδύνατον, αἰα-
τηρώσαι, &c.

FIDELIBVS] Juculos iccirco fideleis appellat,
quia quae cernuntur magis valent ad fidem facien-
dam, quàm quae audiuntur, vt scribit Herodotus
in Clione, ὅτι τὰ πρὸς πρῶται ἀνθρώπων εἴδη ἀπίστευα
ὀφθαλμοῖν, id est, aures enim hominibus minus sunt
fideles, quàm oculi. quibus hoc significatur, mi-
nus credi ab hominibus ea, quae audiuntur, quàm
quae cernuntur, vt paullo antè diximus. *Incertos a-*
lia ratione appellauit epist. 1. lib. 2.

NON PROMES IN SCENAM] non pro-
duces in scenam: non constitues ante oculos spe-
ctatorum.

QVAE MOX NARRET FAC. P.] quae mox
referat persona aliqua in scenam producta prae-
sens, id est, extrà, & coram spectatōribus. nomen
praesens opposuit illi aduerbio *intus.*

NEC PVEROS CORAM, &c.] de Medea
suprà diximus.

AUT HVMANA PALAM] de Atreo, & Thy-
sta & suprà diximus nonnulla ad Oden 16. lib. 1. &
res ita nota est, vt, qui haec inculcare velit, lectōrum
opera, & otio abuti velle videatur. Iam haec *pro-*
mi in scenam, extra, coram, palam, à praesente narra-
ri, idem valent: quibus respondent è contrario, in-
tus narrari, tolli ex oculis.

NEFARIVS] nefarij dicti à farre, quod ado-
reum est, vt vult Varro libr. 1. de vita populi Rom.
quod eo scelerati vti non debeant. hoc quoque
idem

A id ead significat, quod qui indigni sunt qui viuant, nefarij vocantur, inquit Nonius.

PROCRNE] de Procne sup. ad Od. 12. lib. 4.

CADMVS IN ANG.] vide, quæ suprà de Peleo, & Cadmo coniunctè, leuiter attigimus.

INCREDVLS ODI] quia ἀπίθανα, ἀλογα, μολῶν, ἀδύνατα, id est, non probabilia, ratione carentia, improba & nefaria, & quæ fieri nullo modo possunt, lege arist. *ὅτι ποιητικῆς.*

NEVE MINOR QVINTO, NEV SIT P. R.] Non est dubium, quin actus, partes fabula fuerint: quot actus in fabula fuerint, incertum atque obscurum. actum autem ab actu distinguere, id verò non parum difficile est, si Donato credimus: neque desunt viri docti, qui quamuis perspicuè aliter sentiat Horatius, quattuor actibus tantum constare fabulam posse dicat, modò hi quattuor actus iustam fabulæ magnitudinem expleat. ego video à M. Tull. & ceteris bonis scriptoribus, tertium, quartum, & extremum fabulæ actum commemorari: quintum non reperi. idem scribens ad Qu. Fratrem lib. 1. tertium actum, extremum facere videtur his verbis: *Illud te ad extremum oro, & hortor, ut tamquam poeta boni, & actores industrijsolent, sic, tu in extrema parte, & conclusione muneris, ac negotij tui diligentissimis, ut hic tertius annus, tamquam tertius actus, perfectissimus, atque ornatissimus fuisse videatur.* Ego Horatio, & Donato assentior, ut putem tragædiam, & comædiam quinque actibus constare debere.

REPONI] iterum doceri, ut fat. 10. lib. 1. *Nec redeant iterum, atque iterum spectanda theatris.* quidam legi volunt, *repositi.* aliter sup. *honoratum si forte reponis Achillem.*

NEC DEVS INTERSIT & c.] Aristot. lib. *ὅτι ποιητ.* scribit, utendum esse machina, seu machinatione: id est, deum esse adhibendum à machina, ad ea, quæ sunt extra fabulam, expedienda: quæ vel antea facta sunt, neque hominem scire fas est, vel postea futura sunt, & prædictionem, ac nuntiationem desiderant. Omnium euiam rerum videndarum facultatem Diis attribuimus. verba Aristot. sunt hæc, *φανερὸν οὐδ' ὅτι τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτῶν δεῖ τὸ μύθου συμβαίνειν. ὁ μὴ, ὡσπερ ἐν τῇ Μηνδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, ἐν τῇ Ἰλιάδῃ τὰ πρὸς ἀπόπλην ἀλλὰ μηχανῆς χρησιῶν ὅτι τὰ ἐξ ὧ τὸ δράμα πρὸς τὸ γέροντι, ἀλλ' οἷον τὸ ἀνδρῶπι εἶδέναι, ἢ ὅσα ὑπερον, ἀδεῖται πρὸς ἀγορεύουσας, & ἀγγελίας. ἀπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὄραν.* Cum Aristotele consentit hoc loco Horatius, qui vetat Deum ex machina adhibere, nisi nodus difficilis, & Deo dignus inciderit, id est, nisi talis difficultas existerit, ut sine machina exitus fabulæ non possit explicari. Exstant multa apud probatos auctores huius moris exempla, ac testimonia. Plato in Cratylō, *εἰ μὴ ἀεὶ δὴ, ὡσπερ οἱ τραγωδοποιοὶ, ἐπειδὴν πὶ ἀπαρῶσιν, ὅτι τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι, θεὸς αἰροντες, ὅτι μὲν ὅτι τὸς εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ἐπὶ τὰ πρὸς τὰ ὀνόματα οἱ θεοὶ εἶδον, & διὰ ταῦτα ὄρθας ἔχει.* id est, nisi utique, quemadmodum tragædiarum scriptores, posteaquam nodus aliquis inciderit, ad machinas confugiunt, deos attolentes: nos quoque, ubi dixerimus deos prima nomina rebus imposuisse, atque iccirco ita rectè se habere, quasi nostro munere defuncti, discedamus. M. Tull. lib. 1. de nat.

Deorum, *Quod quia quemadmodum natura efficitur sine aliqua mente possit, non videtis, ut tragici poetæ, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum.* Arist. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, *Ἀναξαγόρας πρὸς μὴχανῆς χηῆται τῶν νόμων πρὸς τὴν κοσμογονίαν, ἐπιτηροῦσθαι διὰ πάντα αἰπῶν ἐξ ἀνάγκης δεῖ. πρὶ ἐλαίαι τὸν ἐν δὲ πῖς ἄλλοις πάντα μάλλον αἰπῶται τῶν γινομένων, ἢ νοιῶν.* id est, *Anaxagoras enim veluti machina quadam, mente viitur ad mundi fabricam. Cum enim hesitat quam ob causam necessario sit, tunc eam aduocat: in ceteris, cuius rei potius, quam menti, causam earum rerum, quæ oriuntur, ascribit.* Seruius ad illum Virgilij locum *Æn. 1. Musamibi causas memora, &c.* hunc Horatij versum pro testimonio profert, ostendens, hoc obseruandum esse in omnibus carminibus, ne numen aliquod inuocetur, nisi quid ultra vires humanas, facultatè que hominis propriam requiramus.

VINDICE DIGNVS] vindex proprie dicebatur, qui debitorem nexu obligatum, & iamiam à creditore ducendum, vel numerando, vel pro eo spondendo liberabat.

NEC QVARTA LOQ. PERS. LAB.] nec plures personæ vno, eodemque tempore in scenam prodeant locutura, quàm tres. quod si quando quarta intercedat, vel tacita audiat, vel secum, non cum alijs loquatur, vel cum vna duntaxat sermonem conferat. huius præcepti exempla videre licet apud Terentium: ut in Andria actu tertio, Myfis, Simo, Dauus, Lesbia, Glycerium quinque personæ eodem tempore in scenam producuntur: sed Myfis cum Lesbia duntaxat sermonem habet: Glycerium autem domicilia est, non foris. ibidem actu 4. quattuor personæ, Myfis, Pamphilus, Charinus, Dauus, vno tempore in scena spectantur, sed Myfis aliunde intèruenit, & cum Charino non loquitur. Apud Plautum autem & quattuor, & quinque personæ communiter inter se loquentes introducuntur, quod item fit in tragædijs. At Horatius præcepta dat suæ ætatis hominibus, non veteribus, quorum scripta fortasse nondum ei vsquequaque perfecta videbantur. Quidam hunc locum ad numerum histrionum referri volunt, dicuntque, hoc ab Horatio significari, non plureis in comædia, aut tragædia histriones, quàm tres, esse oportere, quorum quifque plureis personas sustineat. Nituntur autem verbis Aristotelis in libello *ὅτι ποιητικῆς*, ubi scribit Sophoclem, cum duo ante eum duntaxat histriones in tragædia intercederent, treis adhibuisse: *Æschylum verò eo superiorem, primum omnium multitudinem histrionum ex vno ad duos deduxisse.* verba Aristotelis sunt hæc, *Ἐπὶ τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἐνὸς εἰς δύο πρῶτος Διόδοτος ἦραγε, ὃ τὸ τὸ γέρου ἡλάττωσε, ὃ τὸν λόγον πρὸς τὸν πρῶτον παρεκίνασε: τρεῖς δὲ, ὃ σκλωροφίαν Σωφοκλῆς ἐπὶ δὲ τὸ μέγεθος, &c.* Idem lib. 3. *ῥήτρ.* ait histrionum actionem (quam ὑποκρισις Greci nominant) in tragædiam, & rapsodiam sero admodum introductam esse, quia poetæ ipsi tragædias initio recitabant. verum ego ab illis magnopere dissentio, neque puto hoc sentire Horatium.

ACTORIS PARTEIS CHORVS] docet Hhh iij quam-

B

C

D

E

F

A quamobrem adhibeatur chorus, (quæ pars est fabulæ *ἡ τὸ μέρος*) & quibus in rebus eum operam sumere, quid loqui, & canere oporteat. personæ porro, ex quibus constabat chorus, & cantabant, & loquebantur: quamquam, quod ad locutionem pertinet, vna persona fortasse pro omnibus loquebatur, reliquis astantibus, & silentibus, siue viri essent, siue mulieres, maximè si cum altero, qui non esset è choro, sermo haberetur. Si vulgatam igitur scripturam probabimus, *Auctoris parteis*, quæ reperitur in cod. Iann. & Faërn. hæc erit eius sententia, Chorus agat parteis, & fungatur munere auctoris, id est, suavis, & monitoris. nemo enim quicquam alteri suadet, aut præcipit, nisi qui auctoritate valet. ex quo natum est hoc loquendi genus, *tibi auctor sum, ut illud facias*: & hoc, *te auctore feci. defendere parteis* autem positum est pro eo, quod est, agere, & sustinere, & tutari parteis, id est, fungi munere, ut sat. 10. lib. 1. *Et sermone opus est modo tristi, saepe iocoso, Defendente vicem modo rhetoris, atque poëta.* Quod autem quidam sic explicant, de officio poëtae differat chorus, & dicat, poëtam officio pro sua parte non defuisse, elegantem fabulam & lepidam dedisse: nihil dicunt: & miror tam ineptam sententiam eis in mentem venire potuisse. Alij igitur, iique doctissimi viri, quibus assentior, legunt *Actoris*. & ita scriptum est in tribus libris Vat. & in Tornes. Cleric. Nicot. Ruffardino: cuius scripturæ mihi videtur hæc esse sententia, Chorus tutetur, & agat parteis actoris, id est, chorus habeatur vnus actoris loco, vnus munere fungatur, & officium virile obeat, id est, vnus personæ locum obtineat. dicimus enim Latine *pars virilis*, & *pro mea parte virili*. est autem pars virilis, pars vnus cuiusque. M. Tull. pro Sext. Rosc. *Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt.* Idè in Verr. orat. de signis, *Est aliqua mea pars virilis, quod eius ciuitatis sum, quam ille amplam, illustrem, claramque reddidit.* Idem frument. *qui præsertim plus etiam, quam pars virilis postulat, pro voluntate populi Ro. oneris, ac muneris suscipere debeam* T. Liuius lib. 6. annal. *illius glorie pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint.* atque hanc explicationem adiuuat, & confirmat id, quod sequitur, *officiūque virile*. neque est, quod quisquam mihi dicat, chorus etiam mulierum cœtum interdum fuisse: ergo officium virile ad chorus, qui ex mulieribus constet, pertinere non posse. respondeo enim, vel virile officium dici spectata voce, *chorus*, quæ est masculina, & virilis: vel propterea quod masculinum genus concipere, & complecti solet femininum. Postremò sic hunc locum esse legendum, atque explicandum intelligere licet ex his paucis Aristot. verbis lib. de arte poëtica, *καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα θεὸν ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν.* id est, *chorum autem accipere, seu existimare oportet tanquam vnum actorem.*

NE QUID MEDIOS INTERCINAT ACTVS] ne quid inter medios actus canat. intercinate, pro canat inter, qualia sunt illa, *siluas interreptare salubreis: circumgemit versus ouile: tanto emetiris aceruo:* & sexcenta alia, quæ collegi ad Od. 7. lib. 2. canere igitur choro inter actum, & actum

licebit: inter medios actus, seu in mediis actibus **D** non licebit. loqui autem quouis loco, nempe in diuerbiis, cum alia persona licebit.

CONSILIVR AMICE] hæc est scriptura decem librorum manuscriptorum: à qua discedere nefas mihi esse putavi. consiliari autem, verbum est à consilio deductum, quo vsus est supra Oda 3. lib. 3. *Gratum elocuta consiliantibus Iunone diuis.* quo quidem loco idem videtur valere, quod consultare: hic autem, si recta, & emendata scriptura est, idem erit, quod consilium dare: quod alibi non memini me legere in hæc significationem. quattuor alij libri manuscripti habent, *Consilietur amicis*, ut omnes ferè vulgati, nisi quod nonnulli habent *concilietur*. quæ scriptura non est: eijcienda. placet autem mihi mirū in modum, quod à duobus codicibus abest copulatio *que* post verbum *faueat*

ILLE DAPES LAUDET MENS. BR.] laudet parsimoniam, frugalitatem, continentiam in victu.

SALVBREM] vtilem, salutarem. translatio **E** est. nam salubre de iis rebus dicitur, quæ ad corporis valetudinem sunt vtilis. epist. ab Alb. Tib. *An tacitum siluas interreptare salubreis?* & sat. 7. lib. 1. *stellasque salubreis Appellat comites.* & sat. 4. lib. 2. *ille salubreis Aestates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.* &c. translata etiam M. Tul. ad Att. lib. 8. *ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo salubrioribus.*

APERVIS OTIA PORTIS] id est, pacem. aperiuntur enim vrbium portæ pacis tempore, vel sublato hostium metu: belli tempore clauduntur ex quo *Panda* pacis dea dicta. Od. 5. lib. 3. *vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero, Portasque non clausas.*

COMMISSA] arcana fidei commissa ut supra epist. ad Loll. lib. 1. *Prodiderit commissa fide.*

REDEAT MISERIS, ABEAT F.] ut fortuna eos, quibus aduersata est, quosque defecit, placata reuisat, & complectatur: insolentis, ac superbos deferat. vide annot. ad Od. 29. lib. 3. vbi diximus, per fortunam præsentem, & manentem, significari secundam: per abeuntem, aduersam. **F**

TIBIA] tibiæ adhibentur ad cantum chori adiuuandum. pertinet autem hic locus ad *μολοποιον*.

ORICHALCO IUNCTA] ita reperi scriptum in tribus cod. Vatic. & in Card. Rainur. & Tornes. Cleric. Nicot. Ruff. quæ scriptura eò fortasse probari potest, quia cum tibiæ veterum tenuem, ac simplicem fuisse dicat, nouam autem duobus contrariis nominibus significare velit esse illi dissimilem: *tuba amula*, tenui opponitur: *orichalco iuncta*, simplici. quod si *iuncta* legamus, non æquè contrarium contrario respondeat.

FORAMINE PAVCO ASPIRARE] ad eam rem erat utilis, ut paucis, id est, quattuor foraminibus sonitum redderet, & choros adiuuaret, & theatra sonitu compleret. *utilis aspirare, adesse, complere*, genus loquendi Græcum est, ut saepe admonuimus. in quibusdam libris scriptum reperi *foramine paruo*.

NONDVM

A NONDUM SPISSA NIMIS] non admodum frequentia: non nimis celebria, aut referta. epist. ad Marc. 3. lib. 1. *spissis indigna theatris*, & infra *spissa caterva*.

SEDILIA] in quibus sedebant spectatores, nondum theatro aedificato.

QVO] in quem locum, in qua sedilia: non (vt alij) quo statu.

SANE POPVLVS NVMERABILIS] explicatio est verborum illorum, *Nondum spissa nimis. numerabilis* autem idem valet, quod paucus. & ita loquuntur Græci, Theocr. eid. 15. quod inscribitur *χάριτες φησὶν μόνον ἀρχιτέκτοντας Τέκνοις, ἢ δ' ἀλόχοισιν, ἀειματὸν δὲ πῶ πολλῶν.* id est, amicorum mortem nuntiatus liberis & vxoribus, numerabileis ex multis.

COIBAT] conueniebat, congregabatur.

VINOQVE DIVRNO PLACARI GENIVS] sic sup. epist. ad Aug. *Siluanum lacte piabant Floribus, & vino Genium, memorem breuis aui.*

IMPVNE] nam rebus Romanis angustis, nondumque cōstitutis & constabilitis, ac pacatis, non licebat de die conuiuari, & potare.

B **NVMERIS**] pedibus, vel rhythmis. numerosum est enim id in omnibus sonis, atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus interuallis aequalibus.

MODIS QVE] cantui, ἀρμονία, vel, vt quidam, μέλει. videtur tamen μέλος latius patere. Plato libr. 3. de rep. πὸ μέλος ἐν τριῶν ἐστὶ συγκείμενον, λόγῳ τε, καὶ ἀρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ. id est, melos ex tribus constat, ratione, & harmonia, & numero.

INDOCTVS QVID ENIM, &c.] horum verborum hanc sententiam esse puto. Neque verò mirum est, hanc licentiam & luxuriam, quæ ab antiquorum seueritate tam longè abesset, & ab arte comica tantopere discreparet, fuisse à populo probatam, ac receptam. Quæ enim sapientia esset in rusticis, & indoctis, & labore solutis, & turpibus hominibus cum populo urbano confusis? alij sic, neque verò mirum est hanc numerorū & modorum licentiam à rusticis esse probatā, aut verò toleratam. quid enim saperet rusticus, indoctus, ab opere solutus, cum urbano, turpis cum honesto permixtus? id est, quid enim proficeret si pl⁹ sapere videri vellet, quàm urbanus & honestus? vel quid saperet, id est, quantum saperet? quasi dicat, vt insipientes eijcerentur rustici, si urbanorum luxuriam, ac licentiam improbarent, & condemnarent. vel quid, id est, propter quid, seu quamobrem sapere vellet? &c.

C **LIBERQVE LABORVM**] laboribus defunctus, laboribus solutus, sic sup. dixit Od. 17. lib. 3. *Cum famulis operum solutus.*

MOTVM QVE] vel quia mouebatur, & saltabat tibicen, vel quia gestum agebat.

ET LVXVRIAM ADD.] hoc dicit vel propterea quod aucta sint foramina, vel propterea quod numeri & modi fuerint licentiores vel propter ipsius artificis ornatum nimis elegantem, ac sumtuosum: & propter orichalcū tibiæ additum, vel propter hæc omnia, affert exemplum Lucianus in lib. *πῶς ἀπίδεντον πολλὰ βίβλ. ἀνέμ.* valde ad hunc locum accommodatum, de citharædo quo-

D dam Tarentino, cui Eueno nomē erat, his verbis, *ἦ κεν οὐ εἰς Δελφῶς τὰ τ' ἀλλὰ λαμπρῶς, ὅ δὲ ἐδῆτα χρυσόπατον ποισάμενος, ὅ σέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλισον αἰς ἀντικρατῆρ' ἀφ' ἑσθλῆς σμαραγδῆς εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ τὴν μὲν κινάρα αὐτῷ ὑπερφύεις πρῶτον εἰς κάλλος ὁ πολυτέλειαι, &c.* id est, Venit igitur Delphos cum ceteris rebus splendidus & clarus, tum veste facta, auro inspersa, ac distincta, corona ex lauro aurea pulcherrima, ita vt pro fructu laurus smaragdi essent fructui magnitudine pares atque æquales, cithara ipsa, re, quod ad pulchritudinem, & sumtum atinet, naturam rerum superante, &c. nam satis est mihi locum indicasse.

TRAXITQVE VAG.] per verbum *traxit* significat, eum veste usum esse longa, & ad talos demissa, quàm σῆρμα nominant Græci. vagum autem dixit, innuens non vno in loco constituisse, sed huc, & illuc se circumtulisse, ac circumegisse. aliud est caudam trahere, vt diximus ad sat. 3. lib. 2. *caudam trahat.*

PER PVLPIA] per scenam. infr. *modicis instrauit pulpita tignis.*

E **SIC ETIAM FIDIBVS VOCES**] quemadmodum (inquit) tibicen tibias sibi parauit ampliores, easque inflauit vehementius, ita & citharis soni accesserunt molliores. fortasse significat, citharæ chordas additas esse. non enim vnus semper chordarum citharæ fuit numerus: sed cum iniriō quattuor tantum fuissent, Mercurius treis addidisse dicitur. Strabo, & alij nonnulli Terpandrum Methymnaum lyra septem chordarum primum usum esse tradunt. Itaque & Timotheum apud Lacedemonios accusatum esse memoriæ proditum est, quod pluribus, quàm opus esset, chordis uteretur, & quod antiquam musicam corrumpere. Ille autem cum iam iam quidam chordas superuacuas præcidere pararet, fertur sigillum Apollinis illis ostendisse in eorum vrbs quodam loco positum, lyram manu tenens, quæ totidem chordis cōstaret, & ita dimissus, atque absolutus esse. Plutarchus item scribit in apophthegm. Emeropen in Phrynidis cantoris organo, quod nouem fidibus constabat, duas incidisse, his verbis increpantem, *μη κακῶρχει τὴν μουσικῶν: id est, ne corrumpes, aui ne lade musicam.*

F **ET TVLIT ELOQVIYM INSOLITVM FAC.**] & facundia celeriter fluens: vel, vt alij volunt, breui tempore comparata, genus locutionis, seu eloquentiæ protulit inauditum, atque inusitatum.

VUTILIVMQVE SAGAX RERVVM, &c.] id est, & personarum, ex quibus chorus constabat, prudens, & rerum futurarum prouida oratio parum ab oraculo Apollinis distitit: vel hoc modo cepit chorus in comædijs non minus *εὐσεβῶς*, neque minus acutè, neque minus verè res futuras ad uitam vtilis, prædicere, quàm Apollo Delphicus: vel sic, sententiæ, quibus chorus in comædijs uti cepit, quædam vitæ præcepta continentes, & ad rerum futurarum prouisionem pertinentes, sermonis ambiguitate, & verborum inuolucris, Apollinis oraculo non dissimiles fuerunt. Eurip. *Μαίνης δ' ἀεὶ σεβῶς εἰργάζει καλῶς.* M. Tull. libr. secund.

A de finib. *inest in animo coniectura consequentium nō multum à diuinatione differens.*

SORTILEGIS] id est, vnde oracula petuntur. nam sortes κατηχηστικῶς pro oraculo usurpantur. notat Seruius ad illum vers. Virg. *Aeneid. 7. non paruo ex adyto sortes, &c.* & Horat. inf. *dicta per carmina sortes.*

CARMINE QVI TRAGICO VILEM, &c.] Eos sequitur hic Horatius, qui tragœdiam eò esse appellatam existimât, quòd tragœdiarum scriptoribus hircus præmij loco daretur. in quibus est & Seruius ad illum Virgilij locum *Palem. tu post careta latebas: vbi & hunc versum profert. τραγῶδες enim Græcorum lingua hircum valet. idem infra videtur innuere, tragœdiæ appellationem inde esse natam, quòd primi illi tragœdiarum auctores è plaustris tragœdias agerent, ore facie peruncto. sic Horat. infra *Ignotum Tragicæ genus inuenisse camœna Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespiis.* Athenæus autem libro 2. de comœdiæ & tragœdiæ inuentione sic scribit, Απὸ μέθης καὶ ἢ ἢ κωμῳδίας, καὶ ἢ ἢ τραγῳδίας εὐρεσις. ἐνικαίρω δὲ ἢ ἢ Ἀττικῆς εὐρέθη, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τραγῳδίας κερδὸν, ἀφ' ἢ καὶ τραγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη. quæ verba significât, post ebrietatem comœdiæ & tragœdiæ inuentionem existisse. In Icario autem Atticæ loco tragœdiam vindemiæ tempore inuentâ esse. τραγῶν enim vindemia est Græcis. ad hunc locum pertinent illa Virgiliana Georg. 2. *Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Ceditur. & veteres inuent proscenia ludi, Premiâq; ingenteis pagos, & compita circum Thesida posuere.* At Aristot. *ἀεὶ πιντ.* scribit esse ortam ab iis, qui Dithyrambum exercebant.*

B **AGRESTEIS SATYROS NUDAUIT**] Satyricæ fabulæ à Græcis inuentæ, ab Atellanis, quæ sunt Latinorum, parum admodum discrepant. nam quemadmodum in illis Satyri nudi, Fauni, Sileni inducuntur, verbis, & motibus obscænis risum mouentes: ita & in Atellanis personæ turpes intercedunt, quæ dictis liberioribus, & gestibus improbis, ac proteruis auditorum curas, & seueritatem mitigent, ac relaxent, *satyros nudauit*, id est, satyros nudos introduxit inter actus tragœdiarū, vel statim post tragœdias recitatas, & peractas. de Satyris vide annot. ad Od. 19. lib. 2.

C **MORANDVS**] detinendus, delectandus, vt infra, *Valdius oblectat populum, meliusque moratur.*

INCOLVMI GRAVITATE] salua grauitate tragœdiæ.

EXLEX.] solutus legibus. exlex, qui sine lege uiuit, inquit Nonius. M. Tul. in Cluent. *Non quod illi aut exlegem esse Syllam, aut causam pecunia publica contemptam atque abiectam putarent, &c.*

ADHIBEBITVR] in satyrica. Deus, verbi gratia, Faunus, Silenus, Bacchus. heros, vt Agamemnon, Nestor Achilles.

NVPER] paullò antè: nempe in tragœdia.

MIGRET IN OBSCVRAS HVMLIS] ita humili, & abiecto sermone vtatur. vt tabernariorum, & opificum orationem imitari videatur. Notum est autem, & vulgatum, togatas tabernarias à tabernis esse nominatas. quæ comœdiis, quæ si ex altera parte respondent.

D **AVT, DVM VITAT HVMMVM, &c.**] id est aut dum nimum se attollit, dùmque nimis elato & grandi oratione vtitur in aëre, versari videatur: de aëre, & nubibus, & cælo, & rebus superis loquitur. inania, pro eo spatio, quod intercedit inter cælum, & terras posuit ex Democriti, & Epicuri sententia, vt Virg. in Sileno. *Namque canebat, vti magnum per inane coacta Semina, terrarūque, animæq; marisq; fuissent: Et liquidi simul ignis.* Lucret. lib. 1. *Nec tamen vndique corporea stipata tenentur Omnia natura; namq; est in rebus inane.* Idem ibid. *Omnis, vt est igitur per se natura, duabus Consistit rebus. nam corpora sunt, & inane, Hac in quo sita sunt, & quæ diuersa mouentur.* ibid. *Nam dispulsa suo de cœtu materiai Copia ferretur magnum per inane soluta.*

EFFVTIRE LEVVIS INDIGNA T. V.] tragœdia, quæ indigna est, in qua versus leues, & si ne pondere effundantur, intererit, &c. *indigna effutire* dictum, vt supra epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *indigni fraternum rumpere fœdus.*

E **MOVERI**] saltare, moueri numerosè, moueri in numerum. supra epist. ad Flor. lib. 2. *Nunc satyrum, nunc agrestem Cyclôpa mouetur.*

INTERERIT] differet aliquantulum à satyris. Verbo *interest*, pro *differit*, vtitur & M. Tullius Acad. lib. 2. *qui illa visa, è quibus omnia decreta sunt nata, negant quicquam à falsis interesse, & epist. libr. 5. ad Attic. sed plane gaudeo, quoniam τὸν νεμεσῶν ἰντερεστ τὸ φθονῶν.*

F **NON EGO INORNATA, ET DOM.**] id est, non est satis in satyricis fabulis nullum verborum ornatum adhiberi, nullum nomen translatum poni, omniâque propriè, & simpliciter dici: sed alia sunt præstanda. *dominantia nomina* accipe τὰ κῶμα, id est, propria, quibus res quantumuis licet sint obscæna, propriæ appellantur, & significantur, qualia sunt *mentula, cunnus*, actionis *Veneræ* verbum, & alia similia, quæ me pudor enumerare verat. nam *mentula* nomen in membro illo corporis virilis significando, dominatur: cetera, quibus interdum vtuntur poëtæ pudore adducti, *neruus, penis, trabs, ficula, columna, cauda salax, pyramis, palus, fascinum*, sunt translata. solebant autem satyri illi in satyricis fabulis suo quamque rem, & actionem nomine, verbòque appellare: ne que eius rei, quam significare vellēt, turpitudinē, verborum tralatione, aut circuitione tegere: exempli causa, cum eam operam, quæ datur liberis procreandis innuebant: non alienis eam operam, sed suis & propriis appellabant: quod quidem eo magis erat illis ignoscendum, quòd existerunt nonnulli philosophi: sed qui philosophi? ij, qui in virtute summum bonum, & beatitudinem locant, voluptatis inimici, omnium vitiorū correctores, & castigatores. Stoici, inquam, statuerunt suo quamque rem nomine appellare licere. Itaque ex illorum schola manauit hoc σοφὸς ἀν' εὐθυρήμων ἔστι, vt te statur M. Tul. epist. quadam ad Papirium Pætum.

NEC SIC ENITAR TRAGICO DIFF.] id est, nec sic studebo à grauitate, & granditate verborum, quibus vtuntur tragici poëtæ, atque à tragica magniloquentia differre, vt nihil intersit vturum

A vtrum loquatur Dauus, & cetera persona comica, & seruales, an Silenus Bacchi seruus. *differre colorum*, pro eo, quod est, differre a colore, Horatianum. lege annot. ad Od. 2. lib. 2.

DAVVS NE LOQVATVR, ET AVDAX] ita reperi scriptum in duobus codicibus manu scriptis, non, *an audax*: & ut ita scribatur, ratio postulat. non enim significat interesse vtrum Dauus loquatur, an Pythias, sed vtrum serui comici, quales sunt Dauus seruus, & Pythias ancilla, an Silenus.

PYTHIAS] ancilla apud Lucillum, seu aliquem veterem comicum.

SILENVS] persona Satyrica. sunt autem Sileni, Bacchi ministri, & nutricij. Nicander Alexipharm. princip. *Ὡς δ' ὀπί' ἀγχιέσσαν ἰσοβλήφαντες ὀπίρην Σιληνοὶ κερσεῖο Διονύσιο πθηνοί, Πρωτὸν ἑσ' ἀφελόντι πῶτ' ὄφρ' ἐναὶ θωρηθέντες, &c.* id est, Quemadmodum autem Sileni Bacchi cornuti nutricij agrestibus vis calcatis, primum potu spumante mentem armati, quod valet, ebrii facti, &c.

B **EX NOTO FICTVM**] è re nota effectum, atque expressum, non è re aliqua recondita, atque abstrusa.

VT SIBI QVIVIS SPERET IDEM, &c.] in epistola ad Florum lib. 2. supra ad illum locum, *Ludentis speciem dabit, &c.* diximus nonnulla quae ab hoc non sunt aliena.

SVD ET MVLTVM] multum laboris sumat.

AVSVS IDEM] expertus idem, conatus idem.

DE MEDIO SVMTIS] non è longinquo accessit, sed è medio sumtis.

IVNCTVRA] compositio, structura.

SILVIS DEDVCTI] siluestres Fauni in scenam è suis tabernaculis siluestribus, & nemorosis producti: persona satyrica.

VELVT INNATI TRIVIIS] velut nati in locis celeberrimis, & penè dicam, in medio foro.

TENERIS] delicatis, mollibus, cultis, venustis, concinnis, comitis.

IVVENENTVR] verbum Graecum fortasse exprimere voluit, *νεανιένεσθαι*. quod valet, rem aliquam praclaram quidem illam, & laudabilem gerere, sed maiore animo, quam consilio: quod iuvenes solent. Vetat igitur Horatius, ne in fabulis satyricis Fauni nimium politis, & cultis versibus iuveniliter exsultent, ne verba nimis obscæna, & flagitiosa loquantur.

C **CREPENT**] loquantur, ut docuimus ad Oden 18. lib. 1.

QVIVVS EST EQVVS, ET PATER, ET RES] id est, equites, & nobiles, seu patricij, & locupletes.

NEC, SI QVID FRICTI, &c.] nec, si quid probat aliquis de plebe, pauper, & egens, qui vescitur cicere, & nucibus, &c. per emptorem ciceris fricti, plebeios, & vulgares homines significat. sic enim legendum est, non *fricti*, ut quidam corruerunt. emebat autem frictum cicere plebecula, ut eo interea dum agebantur fabulæ, & quouis alio tempore solaretur, ac leuaret famem. Plaut. Bacch. *Tam frictum ego illum reddam, quam frictum est cicere.* & ite alibi. Andr. Turnebus cum aliquot

annis post horum commentariorum primam editionem libros aduersariorum effudisset verius, quam edidisset; scripsit quodam loco se non dubitaturum affirmare hic esse legendum *fricti*, quasi verò à me non esset ita emendatum ex auctoritate duorum librorum manuscriptorum. sic persæpe vir ille doctissimus, quasi propinquam mortem sentiens, ita properavit aduersaria illa edere, ut quamplurimos antiquorum scriptorum locos se emendare professus sit, qui erant multo ante à P. Victorio, à Paulo Manutio, à nobis, ab aliis emendati.

ÆQVIS ACCIPIVNT ANIMIS] patienter audiunt, & probant. assume è superioribus negationem, *nec*.

PES CITVS] Od. xi. lib. i. *Et in celeres iambo Mist furentem.*

VNDE ETIAM TRIMETRIS ACCERN.] id est, iambo ex eo, quod ita citus est, iussit iambeos versus senarios, trimetros quoque nominari. sat. 10. lib. 1. *Pollio Regum Facta canit pede ter percusso.*

PRIMVS AD EXTREMVM SIMILIS SIBI] qualis ille iambicus senarius apud Eurip. in Phœnissis, *Ἐγὼ γὰρ ἔποτ' εἰς τὸ δ' εἶμι συμφορᾶς.* & ille Hippol. *Μεθεὶς ἑσ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον.* qui toti ex iambris constant.

IN IVRA PATERNA] in sua iura recepit, ut spondeis locus esset in versibus iambicis.

COMMODVS.] facilis, sese accommodans, ut Od. 8. lib. 4. *Donarem pateras, grataq; commodus, &c.* contra *incommodus*. epist. 18. *Munere te parvo beet, aut incommodus argat.*

NON VT DE SEDE SECVNDA CEDERET, A. Q.] iambus (inquit) recepit spondeos in iura paterna, sed non ut è secunda, aut quarta sede depelli se facile pateretur: quales sunt trimetri Horatiani epod. *Quando repostum Caccubum ad festas dapes. & Pecti nihil me sicut antea iuat, &c.*

HIC ET IN ATTI, &c.] quemadmodum & in Terentianis, & in Plautinis. mirum est enim quantam sibi poetæ Latini in trimetris, & tetrametris licentiam permiserint, sat habentes, si in ultima sede iambum ponant: in ceteris locis anapestum, spondæum, dactylum, tribrachium promiscue adhibentes.

NOBILIBVS] Petr. Victorius annot. in Cic. epist. 2. lib. 5. mauult hoc loco legi *Mobilibus*, propterea quod Aristoteles *ὁ ἐπισημῆς*, scribit τὸ ἰαμβικὸν, καὶ περὶ μέτρον, κινητικὰ. Atqui nomen κινητικὰ non significat mobilia, sed vim mouendi habentia. Adiuuaret P. Victorium Aristoteles, si dixisset κινητὰ, id est, mobilia. κινητικὰ autem, & mobilia multum inter se discrepant. præterea cum in trimetris Attij, & Ennij dicat Horatius raros iambo adhiberi, stabiles potius, quam mobiles erant appellandi. pace igitur dixerim P. Victorij, ego vulgatam, & receptam scripturam censeo diligenter nobis esse retinendam, præsertim ab omnibus veteribus libris comprobata. cur autem nobilibus dixerit Attij, & Ennij trimetros, dicerem, nisi rem esse sua sponte notissimam, atque apertissimam putarem.

A putarem, sic supra Panætij libros *nobileis* dixit Od. 29. lib. 1.

IN SCENAM MISSOS, &c.] trium versuum deinceps sequentium hæc sententia est, Versus iambicos in scenam productos, nimis tardos spondeorum interuētū, iambus raro adhibitus indicat, atque arguit, poetam vel nimium celeriter, & parū accuratè scripsisse, vel artem ignorare.

MAGNO CVM PONDERE] multis, & pluribus, quàm par sit, spondeis tardatos: vel (vt alij malunt) graueis quidem illos, & dignitatis plenos, sed qui suos numeros non habent.

PREMIT] *από τον* iambus. Versus igitur iambici trimetri tardiores, id est, qui in secūda, & quarta sede iambos non habent, reprehenduntur vel tamquam celeriter, & negligenter scripti, vel tamquam ab indocto, & incerto facti.

NON QUIVIS VIDET IMMOD. POET.] duo sunt, propter quæ poetæ negligenter scribant, & versus iambicos faciant nimis tardos, & dissolutos: primum, quod confidunt non omnes sua errata cognituros: alterum quia etiam si virtutes, & errata poetarum nemo non facile cogniturus est, sperant tamen fore, vt sibi ignoscatur. sed non iccirco (inquit Horat.) negligenter, & mendosè, & licenter scribere debemus: immo potius nihil peccare in scribendo, & existimare omnes errata nostra, si qua sint in scriptis nostris, animaduersuros: (& ita demum, tuti erimus:) neque sperare, nos impune peccaturos: & ita cauti erimus, cum ipsi spem omnē veniæ nobis præciderimus.

B ET DATA ROM.] & data est venia poetis Romanis, qui trimetris, & tetrametris raros iambos interposuerunt, multaque alia peccarunt: sed immeritò data.

INDIGNA] qua indigni sunt: quam non meruerunt.

ICCIRCONE VAGER?] id est, iccircone scribendi licentia abutar, quia non quibus ita acutus est, & perspicax, vt errata animaduertat? iccircone sine arte, & minus accuratè scribere debeo? M. Tull. in oratore perf. loquens de summis genere dicendi. *Sunt enim quidam, vt scis, oratorij numeri, de quibus mox dicemus, obseruandi ratione quadam, sed alio in genere: in hoc omnino relinquendi: solum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare.*

C AN OMNEIS] id est, an potius putare debeo, omnes mea peccata perspecturos? (hoc opponitur illi: *Non quibus videt immodulata poemata index.*) quod si faciam, tutus ero: & item cautus ero omni spe veniæ mihi adempta, ac præcisa. hæc autem, extra spem ven. respondent illis, *Et data Romanis, &c.* Qui sperat vel sua peccata occulta, & in cognita futura, vel se eorum veniam impetraturū, audacius peccat: contra, qui neutrum sperat, cauet sibi, ne quid peccet. at qui non peccat, ita demum tutus & cautus est. mendosè in omnibus libris, legebatur *intra spem venie cautus.* quæ scriptura mirè torsit eos omnes, qui in hanc epistolam commentarios scripserunt. ego autem coniectura ductus, & ab ipsius veritatis voce admonitus, locum corruptum emendavi.

ET EXTRA SPEM VENIÆ CAUTVS] D sic legendum, quicquid obstrepant semidocti, seu potius indocti quidam. Nam quid peruersius lectione vulgata? Nemo enim cautus dicendus est, qui spe veniæ peccat. contra, qui sibi omnem veniæ spem præcedit, & ita non peccat, cautus est, Od. 10. lib. 2. *neque dum procellas Cautus horrescis, nimium premendo Litus iniquum.* & epist. 16. *Cautus enim metuit fonea lupus, &c.* epist. 1. lib. 1. *Olim quod vulpes egroti cauta leoni Respondit, referam. nonnulli dixerunt: dixit cautum Od. 13. lib. 1. Quod quisque vitet, numquam homini satis Cautum est in horas.*

VITAVI DENIQUE CVLPAM] denique (inquit) non satis est non peccare, vt laudem, & præmiū mereamur: sed oportet rectè facere. tria enim sunt, peccare, non peccare, rectè facere. qui peccat, pœnam meretur: qui non peccat, neque pœnam, neque præmiū meretur: qui rectè facit, is solus præmio dignus est. huic loco simile est illud Plautinum in Trinummio. *Si quid amicū erga bene feci, aut consului fideliter, Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.*

E AT VESTRI PROAVI] ita reperi scriptum in omnibus libris calamo exaratis, & in aliquot impressis & ita legendum esse probat P. Victorius hoc argumento, quod Horatius proavos liberos, aut ingenuos habere non potuerit, quippe qui ex patre libertino natus esset.

NIMIUM PATIENTER VTRVMQVE] nimium patienter, ac, pœne dicam, stultè vtrumque mirati sunt in Plauto, numeros, & sales: quia neque eius versus satis numerosè scripti sunt, & sales nonnulli sunt scurriles, alij leues, & frigidi, alij obsceni.

SI MODO EGO, ET VOS SCIM. INV. RB.] hoc ad sales pertinet. significat autem, sales Plautinos inurbanos, & illepidos esse. sic quidam putant supra epist. ad Augustum, Plautum reprehendi. *Aspice Plautus Quo pacto parteis tutetur amantis ephēbi, &c.*

LEGITIMVMQVE SONVM DIGITIS C.] hoc ad versus referendum, quos non satis accuratè factos, neque suis ac legitimis numeris astrictos, sed dissolutos esse iudicat.

DIGITIS.] solemus enim digitis versuum syllabas, & numeros metiri. quamquam, qui sunt in hoc genere exercitati, digitos adhibere ad cognitionē, iudiciumque huius rei necesse non habent, cum aures doctæ, & trita hoc facilè per se præstare possint. Nam vt *Seruius ille Papij Patij frater facile dicere poterat, hic versus Plauti non est, hic est, quod tritas haberet aureis notandis generibus poetarum* (inquit M. Tull. epist. quadam ad Papirium Pætum) ita & aures callidæ statim sentiunt sine opera digitorum, quis versus suis numeris constet, quis non. Itaque idem M. Tull. mali poetæ esse putat versus peccata digitis dimetiri: significans, hominem exercitatum ea solis auribus explorare posse.

THESPI] Thespin alij primum tragiæ inuentorem fuisse narrant, quod probat hic Horatius, alij ab Epigene secundum, alij decimum sextum tragicum numerant. vide Suidam. Solon (vt refert

A refert Diog. Laërtius in Solone,) vetuit Thespian tragœdias recitare, quod existimaret mendacium esse inutile.

PLAVSTRIS VEXISSE] antequam scena esset inuenta, Thespian in plaustris tragœdias docebat, idemque agebat. quod testatur Arist. libr. 3. de arte dicendi, *ἡ ἀρχὴ τῶν τραγῳδῶν οἱ ποιηταὶ τὸ πλάστρον.* & Plutarchus in vita Solonis his verbis, *ἔδειξεν τὸν Θέσπιον αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὡς αἰετὸς ἔθος ἔωπις παλαίσις.* id est, spectauit Thespian ipsum agentem, quem admodum consuetudo erat apud veteres. confirmat ipse Horatius versu proximo.

QVÆ CANERENT, AGERENT QVÆ] canebant igitur, & agebant ipsi poëtae sua poemata, nullis aliis adhibitis histrionibus, seu actoribus. Iam, quod ait eos face perunctos egisse, ex eo tragœdiæ nomen impositum esse plerique tradiderunt: quamquam alij ab hirco ductum esse malunt. quod videtur probare Horatius illo versu supra, *Carminē qui tragico vilem certauit ob hircum,* &c.

PERVNCTI FACIBVS ORA.] ex quo *προβδαιμονας* appellat poëtas Aristophanes *Νεφέλ.* quoniam (inquam) face peruncti, ne agnoscerentur, sua poemata è plaustris canebant. vnde prouerbiū è *πλαύστρου λογι,* quod est liberè, effrenatè, atque impudenter maledicere. hoc autem faciebant poëtae comici.

POST HVNC] Aristoteles in lib. *ὑπὲρ ποιητικῆς,* (quem locum supra attigimus) scribit Æschylum histriones duos instituisse, cum antea vnus esset dumtaxat: chori personarum numerum minuisse: actorem primarum partium introduxisse. Idem ibidem paullo post negat sciri, quis personas, aut prologos aut multitudinem actorum, & quæ sunt huius generis, inuenit. quæ videntur inter se pugnare: verba Aristotelis sunt hæc, *τίς δὲ προσώπων ἀπέδωκεν, ἢ προσλόγους, ἢ πλῆθην ὑποκριτῶν, ἢ ὅσα τοιαῦτα, ἢ γένετα.* sed fortasse *προσώπων* nominat Aristoteles, quæ alio nomine *προσωπίδια* dicuntur: quas hic Horatius personas appellat: id est, vultus fictos, & simulatos: quibus vera histrionum facies tegitur: quibus qui putant non esse vsos veteres, falluntur. Demosthen. *ὑπὲρ τῶν ἁλιεῶν.* *παρισηκόεις τὸ κατεστῆκεν Κηρυβιάδος, ὅς ἐν ταῖς πεμπταῖς ἀνευ τοῦ προσώπου κρημαίνει.* id est, cum ei astitisset sceleratus Cerybrius: qui in pompis sine persona comissatur.

ET MODICIS INSTRAVIT PVLP.] pulpitum, pars est scenæ. itaque perpulpitum totam scenam significari puto. scenam (inquit) modicam descripsit.

SUCCESSIT VETVS HIS COM.] significat, etiam veterem comœdiam tragœdia esse posteriorē. De veteri comœdia loquitur etiam sat. 10. lib. 1. *Illi, scripta quibus comœdia prisca viris est.* & sat. 4. eiusd. *Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëta, Atque alij, quorum comœdia prisca virorum est.*

SED IN VITIVM] dicendi libertas modum superauit, & extra finis suos egressa in maledicentiam non ferendam erupit. sic epist. ad August. *donec iam sanus apertam In rabiem verti cepit iocus, & per honestas Ire domos impune minax: doluere cru-*

ento Dente laceffiu, &c.

LEX EST ACCEPTA] tale est illud loco supra commemorato. *quin etiam lex, Pœnâque lata, malo quæ nollet carmine quemquam Describi.*

PRÆTEXTAS] in quibus inducuntur personæ Romanæ publicæ, nobiles, graues, honoratæ, consulares, prætoricæ & similes.

DOCVERE] sic loquuntur Græci, quos postea secuti sunt Latini: M. Tull. in Bruto. *Atque hic Linius, qui primus fabulam C. Clodio, & M. Tuditano Coss. docuit.* Idem in Catone maiore. *Vidi etiam senem Liniuum, qui cum septem annis ante, quam ego natus sum, fabulam docuisset, &c.*

TOGATAS] tabernarias, in quibus humiles, & plebeia, & priuatæ personæ ciuium Romanorum inducuntur: & ita cum comœdiis comparantur, eisque altera ex parte respondent. per togatas, tabernarias significat, cum tamen prætextæ quæ, vt tabernariæ, sint togatæ, quia in vtrisque personæ Romanæ intercedunt.

SI NON OFFENDERET] id est, nisi vnusquisque poëtarum sua scripta grauatè limaret, eorumque editionem in aliud tempus differret. sic epist. ad August. *Sed turpem putat in scriptis, metuit, lituram.*

ET MORA.] sic infra. *nonnumque prematur in annum.*

POMPILIVS SANGVIS] vos Pisones, qui à Numa Pompilio originem ducitis. Fuluius Ursinus, vir tum in Latinis, tum in Græcis litteris admodum exercitatus, cum essem Romæ, nummum argenteum mihi ostendit: cuius in antica parte Numæ nomen erat expressum: in postica, Cn. Pisonis pro quaestore, & nomen, & caput. quod ideò notandum duxi, vt quasi oculis cernat lector quam obrem Pisones Pompilius sanguis à Flacco dicantur.

ATQVE PRÆSECT. DECIES NON CASTIG.] id est, & non perfectissimè, accuratissimèque poliuit. vel à marmorariis opificibus ducta tralatio est, vt sup. annotauimus epist. ad August. vel à fictoribus, qui primum manu opus rudius informant, deinde vngue perpoliunt atque absoluunt. *Præsectum* autem legendum, non *perfectum*: & ita scriptum se reperisse in libro quodam manu scripto Venetiis assuecrauit mihi Muretus: quam scripturam vnus liber Vaticanus postea comprobauit. præsecare vngueis autem propriè dicimus. ex quo *præsegmina.* Plaut. Aulul. *Quin ipsi pridem tonsor vngueis dempserat: Collegit omnia, & abstulit præsegmina.*

INGENIVM MISERA QVIA FORT.] deridet eos, qui, quod poëtas natura, non arte valere, furorèque quodam excitari putet Democritus, iccirco immunditia, illuic, squallore feritatem quandam, & inhumanitatem præ se ferunt, solitudinem sequuntur, celebritatem fugiunt. & fortasse significat, Romanos, dum ingenio suo confisi studium discendi & artem, & philosophiam rectè scribendi fontem, cõtemnunt, insanire. Idem, quod Horatius, de Democrito scribit M. Tullius lib. 1. de diuinatione, his verbis, *negat enim sine furore Democritus, quemquam poëtam magnum esse posse.*

A posse. & lib. 2. de orat. ad Qu. Frat. *Sæpe audiri, poëtam bonum neminem (id quod à Democrito & Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris.* Plato in Ione, πάντες οἱ τῆ ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ ἔκ οὗ πνεύματος, ἀλλ' ἐνθεοὶ ὄντες, & κατὰ κράτος, πάντα ταῦτα τὰ καλά λέγουσι ποιήματα, & οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως, ὡς οὐκ οἱ κορυβαίοντες, ἔκ ἐμφορῆς ὄντες τὰ καλά μέλη ταῦτα ποιεῖσιν, ἀλλ' ἐπειδὴν ἐμβάσιν εἰς τὴν ἀρμονίαν, & εἰς τὸν ῥυθμὸν, βακχεύουσιν. id est, omnes & poëtae epici boni non arte valentes, sed diuinitus afflati, & furore concitati hæc omnia præclara poëmata pronuntiant, & carminum lyricorum effectores boni similiter, quemadmodum corybantes cum sanæ mentis non sunt, hos egregios cantus edunt. Et cum in harmoniam & numerum intrarint, tum maximè furunt. Idem in Phædro Socratem sic facit loquentem, ὅς δ' ἀνάνευ μακίας μυστῶν ὅππῃ ποιητικὰς θύρας ἀφίκεται, & c. nam hunc locum produximus suprâ Od. 4. lib. 3. ibi, *an meludit amabilis Insania?* id est, *qui autem sine Musarum furore ad fores poëticas accesserit, persuasum habens fore, ut arte idoneus poëta euadat: & ipse imperfectus erit, & eius poësis sani hominis, ab insanis & furiosis statim obscurabitur.* Idem lib. 4. de legibus ait poëtam in Musæ tripodē sedentem mentis compotem non esse. Atque hanc questionem vtrum poëta natura, an arte valeat, mox expedit Horatius. Pindarus autem naturam doctrinæ semper antepōnit, & naturam sine doctrina, præsertim in poëta, plurimum, atque ad eò omnia posse dicit his verbis, σοφὸς πολλὰ εἰδὼς φύε μαθόντες δὲ λάβροι παρ' ἡλίου οὐρανὸς ἀέρος, γὰρ ἄρ' ἔπειν δίδος παθεῖς ὄρητα θεῖον, id est, *sapiens est is, qui multa scit natura: qui didicerunt autem, tamquam corni lingua volubilitate, & inani strepitu cum Ionis aui voce contendunt.*

ET EXCL. SANOS HELICÔNE] id est, *sa nos negat, bonos poëtas esse posse.*

BALNEA VITAT.] non lauat. immundus illuue est. alij ad celebritatem loci referunt. à quibus dissentio.

PRETIUM] χάρις. epist. ad Scævam lib. 1. *aut virtus nomen inane est, aut decus, & pretium rectè pe nit experiens vir. vbi quidam legit. recti.*

SI TRIBVS ANTICYRIS, &c.] si caput nulla quantumuis multa ellebori copia sanabile, numquam tondendum curauerit, vt capillo supra modum producto, truculentiore sit aspectu, in sanique speciem præ se ferat. in Anticyra insula nascitur elleborus. sat. 3. lib. 2. *Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.*

LÆVVS] stultus, σκαῖος. de quo diximus sup. ad epist. ad Mæcen. 2. lib. 1.

QUI PURGO BILEM] secutus sum eam scripturam, quæ reperitur in quibusdam codicibus manu scriptis: quàmque Romulus Amasæus confirmavit mihi aliquando se in vno & altero libro manu scripto expressam reperisse, cum diceret, alteram *Qui purgo bilem*, sibi videri corruptam. Et certè neque Græcum, neque Latinum est hoc loquendi genus. Nam ita quidem loquuntur Græci καθαίρωμαι τὸ σῶμα, τὴν κεφαλὴν, τὴν ψυχὴν, id est, *purgo corpus, caput, animum: sed καθαίρωμαι τὴν νόσον, ἢ*

τὴν χολὴν non dicunt sed potius καθαίρωμαι τὸ νόσον, ἢ τὸ χολίης, id est, purgo morbi, aut bilis: quo modo & Horat. supra locutus est sat. 3. lib. 2. Et morbi miror purgatum te illius. vsitatus tamen dicimus Latine *purgo morbo, vitio, atra bile, & simil.* Itaque putavi aliquando hoc loco legendum, *Qui purgo bili, seu bilis, &c.* eamque scripturam repoluissim, nisi temeritatis, aut arrogantia crimem reformidassim, si sine librorum veterum auctoritate lectionem vulgatam immutassim. quam tamen meam coniecturam velim consideret lector. Nunc huius lectionis, quam secutus sum, rationem, non est, quòd pluribus verbis explicem, sic enim Græciloquuntur καθαίρειν χολὴν, vt Paullus Ægineta lib. 7. σκαμμωνία πρὸς πηλοσίν ἐλλεβόρω καθαίρει, & μάλλον τὴν ζέλην χολὴν. Galen. libello πῶς δεῖ καθαίρειν. ἔπω δὲ ζωαῖκα πνὰ, & c. ἰασμὸν ἰσχυρὸς καὶ ὀσας διὰ φαρμάκων καθαίροντες μέλαιναν χολὴν, id est, *Ita autem & mulierem quandam, &c. sanavi, cum eam acriter exinanissim phar maco atram bilem purgante.*

NIL TANTI EST] id est, nihil tanti æstimo, vt eius obtinendi studio, & cupiditate incensus, in sanire velim: nedum tanti poëmata faciam. sic loquuntur boni scriptores. M. Tul. lib. 3. epistol. ad Attic. *Quare mihi crede, φιλοσοφῶμαι ἵνα τὸν τὸν ποσὺν dicere, nihil esse tanti.* Idem offic. 2. *est ergo vlla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splendorem, & nomen amittas?* Idem pro Q. Rosc. comædo. *sed tamen cur ipse LLS. 1000. tam vehementer concupierit, quæro. nam tibi M. Perperna, C. Piso certè tanti non fuissent, vt socium si audaretis.* Tibull. lib. 2. eleg. 3. *Hand impune licet formosus tristibus agris Abdere: non tanti sunt tua mustis pater.* huius contrarium est illud æquè vsitatum, *est tanti, id est, tanti facio, non minoris æstimo.* M. Tull. de signis, *Tum iste ab equite R. splendido & gratioso, Cn. Calidio, cuius filium sciebat senatorem populi R. & iudicem esse, equuleos argenteos nobiles, qui Q. Maximifuerunt, aufert. Imprudens huc incidi. emit enim, non abstulit. nollem dixisse: iactabit se, & in his equitabit equuleis. emi. pecuniam solui. credo etiam tabula proferentur. est tanti: cedo tabulas.* cuius loci hæc sententia est: dixi Verrem equuleos illos argenteos à C. Calidio abstulisse. negat Verres, aitque se emis se, pecuniam soluissè, tabulas prolaturum. *est tanti, id est, tanti facio, crimen hoc abs te dissolui, & dilui, quanti facerem in te maximi valere, dum modo tabulas proferas. tam multa enim, & grauia me ex tuis tabulis, si proferantur, crimina aduersus te tracturum esse cõfido, vt facillè patiar, hoc crimem abs te dilui, & vt mihi sit optabile huius criminis Calidiani facere icturam. & 1. Catilinaria. sed est tanti, dummodo ista tua priuata sit calamitas, & a reip. periculis seiungatur.* quem locum ex vetustis codicibus emendauit M. Ant. Muretus, cum vulgò legeretur *sed non est mihi tanti*, eumque eruditissimè explicauit.

ERGO FVNGAR VICE COTIS] ego igitur locum cotis obtinebo: ego cotis munus obibo, quæ ferrum acuerè potest, cum vim secãdi ipsa non habeat. hoc idem de se dicere solebat Isocrates: & aliquando interrogatus cur cum alios artem dicendi doceret, ipse taceret, respondit, & αὐτὸς αὐτῶν

A αὐτὰ μὲν πρῶτον ἰδύναται, τὸν δὲ οἰδῆρον ὀξεία, & τριπικόν ποιῶσι. id est, etiam cotes ipsa quidem secare non possunt: sed ferrum acutum, & ad secandum aptum efficiunt.

OPES] opes poëticae, id est, res, & facultas poëtica.

FORMET] erudiat, expoliat, informet. lege annot. ad Od. 10. lib. 1. ad illum locum, *Voces formasti.*

ERROR] errorem videtur hic pro errato, seu peccato vsufpare, quod αἰμαρτία nominant Græci, cum erroris nomine tamen longè aliud significetur. error enim imprudentis, & ignorantis est ferè, aut certè falsa opinione ducti, sine culpa: erratum autem & scientis est, & culpa non caret. exemplis hoc fiet clarius. Cic. pro Murena. *non patiar te in tanto errore versari.* Idem lib. 2. de orat. *natura enim noster nos delectat error.* Idem pro Cecina. *Nonnumquam honesto, ac probabili nomine bono viro iudici error obijci solet.* Idem epistola ad Ser. Sulpicium, lib. 4. ep. *certe similis in utroque nostrū, cum optimè sentiremus, error fuit.* Idem ad Qu. Metellum Qu. Fr. lib. 5. epist. *Hoc in sermone, cum a me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, quantòque in errore versatus essem, visa est oratio mea non iniucunda, &c.* Horat. epist. ad Iul. Florum lib. 2. *Et demtus per vim meivis gratissimus error.* Ego igitur existimaverim hoc loco errorem, non erratum, sed discessum quendam, & declinationem à virtute, & officio significare, quæ ex imprudentia, aut incuria nata sit, quo modo si accipiamus, serua bitur huius vocis significatio vsitata.

SOCRATICÆ CHARTÆ] per chartas Socraticas non significat libros à Socrate scriptos, cum ille nihil scripserit, sed à Platone, Æschine, Xenophonte, & ceteris eius auditoribus, ac discipulis, & qui ab eis orti sunt.

VERBAQUE PROVISAM REM] quidam libri vulgati habent *pravisam*. mendosè veteres quidem omnes *prouisam*. Sic locutus est epist. ad Loll. 2. *Sit bona librorum, & prouisa frugis in annum Copia.* Quòd autem ad huius loci sententiam attinet, similia sunt ea, quæ scribit Cic. lib. 3. de orat. his verbis, *Rerum enim copia, verborum copiam gignit: & si est honestas in rebus ipsis, existit ex rerum natura quidam splendor in verbis.*

EXEMPLAR VITÆ, MORVMQUE] veram, & perfectam speciem vitæ humanæ, morum quæ intueri, quam imitando exprimere, & simulare conetur.

IMITATOREM] poëtam, μιμητιὸν. nihil enim aliud est poësis, quam μίμησις, id est, imitatio: quod Plato, & Aristot. tradiderunt, ut mox dicemus. Atque eò maxime admirabilis est Homerus, quòd nihil est in huius vitæ consuetudine, moribusque communibus positum, quòd non aptissimè, ac præne dicam, diuine expresserit.

ET VERAS HINC D. V.] & hinc, id est, ex vita communi, & moribus hominum veras voces elicere. quidam libri habent, *& viuas hinc, &c.*

INTERDVM SPECIOSA LOCIS] id est, interdum fabula, quæ asperla, & ornata est sententiis è philosophia petitis, & locis communibus, &

quæ habet ἦθος, (sic enim loquitur Aristot. lib. *ἠθῆ ποιητ.*) id est, quæ scitè mores exprimit (mores autem personarum bene exprimit, quæ consilium, & voluntatem cuiusque aperit, ac declarat) talis igitur fabula magis delectat populum, etiam si nō sit admodum venusta, nec polita, nec grauis, nec artificiosa, quàm politissimi, & cultissimi versus nulla sententia subiecta, neque personarum decoro seruato, neque hominum moribus expressis. *locis* autem legendum potius, quam *iocis*, hanc scripturam confirmantibus vetustis codicibus omnibus, Porphyriōneque, & Acrone comprobantibus. Quid sint porrò loci communes, ex M. Tullio intelligere licet, cuius hæc sunt verba in Bruto. *scriptasq; fuisse, & paratas à Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci.* Idem in orat. perf. *Nec verò dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes Philosophia notos, & tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriæ, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil de officio, &c. sine ea, quam dixi scientia grauius, ample, copiosè dici, & explicari potest.* Idem ibidem *Quam enim indecorum est, de stulticiis, cum apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis, & locis vni communibus: de maiestate verò populi R. summissè, & subtiliter?* Iam quòd Aristoteles in lib. *ἠθῆ ποιητ.* eam fabulæ partem, quam ἦθος, id est, mores appellat, ait minus valere ad delectandum, quàm *ἠθετικίας, & ἀναγωγείους*, non pugnant illa cum his, neque ad hoc institutum pertinent.

NULLIVS VEN.] nullius venustatis, nulliusque elegantia. *suprà. Ordinis hæc virtus erit, & Venustus.*

SINE PONDERE] verborum.

QVAM VERS. INOP. RER.] id est, quàm versus inanes, & sententiarum expertes, etiam si sint cultissimi, & politissimi. Vir quidam doctus existimabat hunc versum ita legèdum, *Quam versus inopes morum, nugæq; canora.* id est, quàm versus lepidissimi, & cultissimi, nullis locis communibus illustrati, & inanes.

NVGÆQUE CANORÆ] versus leues, quantumuis modulati, & numerosi.

ORE ROTVNDO] id est, rotundè, pressè, enucleatè, eleganter, suauiter: non putidè, non ineptè, non obscurè, non hiulcè, non asperè. vide annot. ad illum locum sat. 7. lib. 2. *totus teres, atq; rotundus.*

ROMANI PVERI] Romanos cum Græcis conferens ait, hos nulli rei studere, præterquam laudi: illos autem omne studium suum statim à puerili ætate in quaestu, & re augenda collocare: quod cum ita sit, non esse mirum, si poëtae præstātes non euadant.

ASSEM DISCVNT IN PARTEIS DIVCERE] mittuntur in ludum numerandi & ratiocinandi, vbi discunt artes ad quaestum comparatas. *sup. sat. 6. lib. 1. qui macro pauper agello Noluit in ludum FlauI me mittere, magni Quo pueri magnis ex centurionibus orti, &c.* de asse, & eius partibus lege Varr. lib. 4. de ling. Lat. & Budæū nostrū.

EV] ita legendum, non *heu*, neque *hem*, neque *oe*, vt habent mendosi codices: neque *heu*, vt olim

A putauit. *en* autem Græcū est id bene, præclarè, euge.

ÆRUGO] æruginem appellat per translationem, immodicum pecuniæ & lucri studium, propterea quòd eo, tanquam ærugine quadam, ingenia præclara, & ad res maiores nata, corrumpuntur, ac deprauantur. at sat. 4. lib. 1. per æruginem, infidiosam quandam, & simulatione officij inuolutam malevolentiam significat. *hic* (inquit) *nigra fuscus lolliginis, hæc est Ærugo mera*: quoniam videlicet talis animi affectio non aliter, quam ærugo amicitia vitium, pestis, ac venenum est. Vitruuius lib. 7. cap. 12. & lib. 8. cap. 3. docet quomodo fiat ærugo.

LINENDA CEDRO] digna, quæ seruetur diutissimè incorrupta: digna, quæ numquā consumat vetustas, & quæ perpetuò viuant. nam, quæ succo, aut oleo cedrino linuntur, non putrescunt. lege Plin. lib. 16. cap. 39. & Dioscor. lib. 1. cap. 89. ubi ille dicit, eam vim in cedro inesse, vt corpora mortua conseruet, viua corrumpat: atque iccirco τὸν νεκρῶν ζῶντιν, id est, mortuorū vitam appellari. Huc pertinet illud Aufonij ad libellum, de quodam Proculo poeta: *Huius in arbitrio est seu te iuuenescere cedro, seu inbeat duris vermibus esse cibum.*

LÆVI CUPRESSO] inuolucro expolito, aut capsâ ex cupresso, de qua eadem ferè dicuntur, quæ de cedro. vide annotata ad Od. 14. lib. 2.

AVT PRODESSE VOLVNT] poemata (inquit) alia vtilia sunt dumtaxat, alia iucunda: alia & vtilia, & iucunda.

AVT SIMVL ET IVCVNDÀ, &c.] profert hunc versum Seruius ad illum Virgilij *Æn. 6. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.*

QVICQVID PRÆCIPIES] hoc pertinet ad ea poemata, quæ profunt tantum.

BREVIS] ita tamen, vt tantum sit verborum, quantum sit necesse: vt supra. *brenis esse laboro? Obscurus fio.*

PERCIPIANT A. D. T. Q. FID.] aptè verba suis nominibus iunxit. docileis se præbeant in percipiendo: fideleis in tenendo. aduerbium *citò* autem, coniungendum cum verbo *percipiant*, non cum voce *dicta*.

OMNE SVPERVACVVM] translatum à vase pleno: ex quo, quicquid superat, effluere solet.

FICTA VOLVPTATIS C. S. P.] hoc ad eos, qui delectare student tantum. sic Aristoteles lib. *ἡθικῶν ποιητικῶν*, poetam sequi probabilia, quæ nec esse, nec fieri possint, ait oportere potius, quam improbabilia, quæ fieri possint. verba Arist. sunt hæc, *ἡθῆς τε ἔδῳ τὴν ποιητικὴν αἰρετῶτερον πιθανὸν ἀδύνατον, ἢ ἀπιθανὸν δύνατον.*

NEC QVODC. VOLET, &c.] nec quodcumque volet, etiam incredibile, & à fide abhorrens, nihilque veri simile præ se ferens, poscat, seu postulet sibi credi, id est, audeat (spectatorum oculis, atque auribus subiicere. quidam libri veteres habent, *Nec quodcumque velit, &c.*

NEV PRANSÆ LAMIÆ] néve fingat poeta, ex aluo Lamia, quæ puerum deuorarit, eundem puerum viuum extrahi. Præter ea, quæ vulgò traduntur, & narrantur de Lamiis, Aristoteles lib. 7. de morib. ad Nicom. scribit mulierem quandam

fuisse in Ponto, quæ mulierum grauidarum aluos aperiret, & persecaret, puerosque inde tractos deuoraret. Sed de Lamia vide Diodor. Sicul. lib. 20. & Aristophanis interpretem in *Vesp.*

CENTVRIÆ SENIORVM] ætate grandes, & senes poemata inutilia, & ad solam voluptatem comparata, aspernantur, ac respuunt. alludit autem ad centurias, in quas singulæ tribus erant diuisæ.

CELSI RHAMNES] id est, equites contra, vel iuuenes feroces, atque elati non admodum attentè, nec libenter poemata audiunt, quæ nulla voluptate sunt temperata: *celsi*, id est, iuuenes excelso animo, quod non displicet. T. Liuius lib. 7. *signum poscunt ingenti clamore, celsiq, & spe haud dubia feroces in prælium vadunt.* malo tamen per celsos, equites intelligi, qui merent adhuc equo publico. Nam & Festus celsum ex Græco κέλως, equitem dictum esse putat. Rhamnes alij à Romulo appellatos: alij Rhamnes, & Luceres vocabula esse Tusca volunt, vt refert Varro lib. 4. de ling. Latina. Hæc Turnebusita probauit, vt in *Aduersaria* sua retulerit.

OMNE TVLIT, &c.] hic versus cum tribus reliquis deinceps sequentibus, pendet è superioribus, hoc modo: Omnibus igitur omnium suffragiis præstantissimus poeta iudicandus est, qui vtilitatem cum voluptate coniunxit. pertinent autem hæc ad illud membrum tertium, *Aut simul & iucunda, & idon. dic. v.*

HIC MERETÆRAL.] hic liber pretium meretur: hic multos reperit emtores: hic librarios locupletat.

SOSIUS] bibliopolis, seu scriptoribus librariis. supra epist. ad librum, *Scilicet vt prostes Sossorum pumice mundus.* Verisimile autem est, Sosios scriptores fuisse librarios: quibus utebantur veteres ad libros manu describendos, in quorū locum successerunt nostri typographi, qui typis, seu formis plumbeis libros imprimunt. Sed enim scriptorum illorum facta à me mentio admonet me hoc loco, vt commemorem accuratissimum, & politissimum nostræ ætatis scriptorem, Camillum Spannochium, ciuem Senensem, olim domi nobilem, & copiosum: nunc post res Senensium afflictas, ex rege nostro pendente, eiusque liberalitate, & munificentia se tolerantem. Hic igitur cum cenarem apud humaniss. & optimum virum, Iulianum Mediceum, episcop. Bliterensem a. d. septimum Kalèdas Iunias anno superiore, (scribebam autem hæc anno *CIO CI LXVII.* idibus Ianuariis) ostendit mihi præsentibus aliquot nobilibus Florentinis, in his, Baptista Alemanno tum episcopo Matisconensi, nunc cœnobiarcha: *** & Nicolao Alemanno, & Alfonso Gondio, & Thoma Bonfio, & Francisco Corsinio, Alemanorum sororis filio, iuvene erudito, & probo, P. Virgilij Maronis opera, Bucolica, Georgica, *Æneidè*, in membrana, litteris ita minutis & tenuibus à se descripta, vt *xxvi.* columnis, quarum vnaquæque 540. circiter versus contineret, comprehenderetur, cum tota membrana longitudine digitos *xix.* altitudine *xiiii.* non superaret.

REMI D

A REMITTIT] reddit, ut priore versu: & epist. ad Aug. *Sed veluti tractata notam, labemque remittunt Atramenta.* sat. vlt. lib. 2. *Ut melius muria, quam testa marina remittit.*

NEC SEMPER FERIET] nec semper signū sibi, sōpositum, quod intuetur, & quod oculum dirigit sagittarius attingit.

QVODCVM QVE MINABITVR] subintelligendum ferire. Quidam legunt *quacumque*.

VERVM VBI PLVRA] id est, verum ubi plures virtutes, pluraque ornamenta insunt in poemate, quam maculae, & errata, quae vel imprudenti, & aliud agenti, vel humanitus exciderint, ignoscere debemus.

AVT HVM. PAR. CAV. N.] cum ea sit hominis natura, ut nō possit vsquequa que peccatū ef fugere, quantumvis magnam diligentiam adhibeat.

QVID ERGO?] nonnulli lib. habent, *quid ergo est?* ego nihil muto.

B VT SCRIPTOR SI P. I. L.] haec duo coniungenda sunt. *scriptor librarius*, id est, is, qui libros describit manu, hoc modo: si librarius idem perpetuo peccat, id est, si in idem erratum perpetuo incurrit, etiam si fuerit monitus, indignus est, cui ignoscatur: sic & poeta. &c. *idem peccat vsitate, & proprie dictum.* M. Tull. de nat. deor. lib. 1. *Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem ferē peccat.* & pro Murena. *non multa peccas.* eadem ratione dixit Catullus. *Nimirum idem omnes fallimur.* & Horat. sat. 3. lib. 1. *Nec vincet ratio tantundem ut peccet, idemque, Qui teneros, cauleis.* &c.

ET CITHAROEDVS] quidam libri vet. habent, *ut citharædus.* &c.

FIT CHERILVS ILLE] poeta malus, de quo sup. epist. ad August. *Gratus Alexandro Magno regi fuit ille Cherilus.* Alij scribunt *Cherilus.* & Græcè *χέρηλος.*

C QVEM BIS, TERQVE BONVM C. R. M.] i. qui si duobus, aut tribus locis rectè, & emēdatè, & laudabiliter scribat, mirari soleo, ita est malus scriptor, & ita vsitatū ei est mendosè, & ineptè scribere. huic igitur Cherilo similes sunt ij poetae, in quorum scriptis plura sunt mendosa, quam recta.

ET IDEM IND. QVAND. BON.] id est, & ego idem indignè fero, quodcumque præstantissimus omnium poetarū Homerus incuria quadam labitur, & peccat, quod est in eo admodum raram. scio hunc versum aliter ab aliis explicari, sed vehementer errant. nam verbum *indignor* non est referendum ad superiora, quod illi faciunt, sed cum iis, quae sequuntur, coniungendum, ut alibi admonui, & multo antè docuit P. Victorius. *quandoque* autem idem valet, quod *quodcumque*, ut sup. Od. 1. lib. 4. *quandoque potentior Largis muneribus riserit amuli.*

VERVM OPERE IN] cod. vnus Vat. Faern. Torn. Ruslardini duo, Clerican. Nicot. vnus, habent, *Verum operi longo.*

VT PICTVRA, POESIS.] Plato lib. 10. de rep. poetas pictoribus ait esse simileis: docetque utroque in animantibus, & rebus inanimis imitandis, atque exprimendis esse occupatos. Idem scribit pluribus verbis Aristot. in lib. *ἡ δὲ ποιητικὴ.*

adde illa Plutarchi lib. πῶς δὲ τὸ γένος, &c. ἀκύνει. Επὶ δὲ μᾶλλον ὁπισθόστομον αὐτὸν ἄμα τῷ παροτρύνει τοῖς ποιήμασιν ὑπογράφοντες τὴν ποιητικὴν, ὅτι μιμητικὴ τέχνη, & δυνάμεις ὄντι ἀνίστροφος τῆ ζωγραφία, & μὴ μόνον ἐκείνο τὸ θρυλλόμενον ἀκρῶς ἔστω, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φερόμενον τὴν ποιησὶν ποιῆσιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν &c. id est, *Præterea admonemus eum eo ipso temporis pūcto, quo ad poemata audienda admonemus, descriptione quadam facta, poetam altera ex parte picturæ respondere: neque illud solum omnium sermone usurpatum audiverit, picturæ esse poesim loquentem: poesim autem tacitam picturam: sed, &c.* M. Tul. Tulc. 5. *Traditum est etiam Homerum, cacum fuisse: at eius picturæ, non poesim videmus.* Scribenda autem est interpunctionis nota post vocem *poesis*, & subintelligendum verbum *est*.

ERIT, QVÆ SI PROPIVS STES, TIBI C. M. ET Q. S. L. A.] sic est distinguendus hic locus, *Ut pictura poesis erit, quæ, si propius stes, &c.* id est, alia reperietur (inquit) pictura, quæ primis, ac rudibus lineamentis tantum consistet: pictura adumbrata, non expressa: quam Græci *σκιαγραφίαν* appellant. haec procul spectata, laudari potest: alia, quæ suis coloribus expressa, & exquisitis, accuratisque pigmentis illustrata sit, haec propius spectari debet. Idem de poesi sentiendum. alia est enim, quæ quasdam umbras, & recessus habet tantum, neque admodum illustribus coloribus vestita est: alia est accurata, & exquisito artificio elaborata. Videntur mihi ad hunc locum pertinere ea, quæ scribit Aristoteles lib. 3. de arte dicendi, ubi docet, dictionem (quam ille λέξις nominat, id est, dicendi rationem) aliam esse scriptioni accommodatam, & tanquam pictam: aliam concertatoriam & forensem, & gestu actoris egentem. paullo post scribit ille, contionale dicendi genus adumbratæ picturæ simile esse, propterea quod, quanto major sit multitudo, tanto longius spectari videtur orationis figura. Quapropter subtilitas, & limata (ut ita dicam) tenuitas, superuacanea est, & deterior videtur in utroque. Iudicium autem subtiliorem dictionem desiderat, multoque magis, si apud unum iudicem causa agatur. inest enim minimum in actione, & gestu. Nam facilius spectari potest id, quod rei proprium est. omne autem alienum, & contentionis studium abest. verba Aristotelis sunt haec, ἡ μὲν ἐν δημοκρατικῇ λέξις, & παρὰ τὸν εὐκαίρως οὐκ ἀκριβῆς ἀκριβῆς, ὅσοι γὰρ ἀνὰ πλείων ἢ ὁ ὄχλος, παρὰ τὸν ἥθειαν, διὸ τὰ ἀκριβῆς ἀκριβῆς, & χεῖρα φαίνεται ὡς ἀμφοτέρους. ἡ δὲ δίκη, ἀκριβέστερον, ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἢ ὅτι ἐν κριτῇ, ἐλάττω γὰρ ὄντι ὡς ἀκριβῆς. εὐσύνετον γὰρ μᾶλλον τὸ οὐκ εἰς τὸ παρὰ τὸ μακρῶς, & τὸ ἀλλότριον, & ὁ ἀρῶν ἀπεισι.

TE CAPIAT] sic legendū potius quam *capiet*.

HÆCAMAT OBSC. VOLET HÆC SVB] alia picturæ dissimilitudo. amat porro ea pictura locum obscurum, quæ deterior est: altera autem, quæ in luce spectari non recusat, longe scilicet melior est. REPETITA] iterum, atque iterum, & sapius spectata.

FINGERIS] conformaris, institueris: ut supra epist. 2. lib. 1. *Fingit equum.* & Od. 6. lib. 3. *figitur artibus.*

TOLLE] sume, ut epist. 6. lib. 1. *partem, vel tolle ret omneis.*

A CERTIS MEDIUM, ET TOLERAB.] id est, certas res esse, in quibus medium locum obtinere conceditur, & in quibusdam rebus mediocritatem esse laudabilem, & ferri posse: sed mediocritatem in poeta neque esse laudabilem, neque condonari solere: quod simile est, ac si diceret, poetam vel excellere, vel ab eo studio desistere, noménque poeta a quo animo amittere oportere. Videtur aliter sentire M. Tullius in orat. perfecto, his verbis: *Nam in poetis non Homero soli locus est (ut de Gracis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, veletiam infra secundos.*

TOLERABILE] id est, (ut ita dicam) tolerabilitatem.

CONSULTVS IVRIS, ET ACTOR CAVS. M. A.] redde suum cuique, hoc modo: iuriconsultus aliquis nescit, quantum Aulus Cascelius: actor causarum quispiam abest ab eloquentia Messala Coruini: uterque tamen in pretio est, etiam si non sit summus.

NE SCIT] quidam libri vet. habent. *nescit.*

B NON DII, NON HOM.] alij libri habent, *Non homines non dij*

COLVMNÆ] ad quas prostant libri, ut satyr. 4. lib. 1. *Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos. nescit autem legendum, ut habent o. l. v.*

VT GRATAS INTER MENSAS, &c.] probat id, quod modò dixit, tribus similibus. Nam hi versus coherent cum superioribus. Quo modo (inquit) si quis in conuiuio symphoniam aliquam inconditam, immodulatam, ineptam, discordem adhibeat: si vnguentum ingrati odoris, nulliusque pretij: si papauer cum amaro, & deterrimo melle, offendat conuiuas, quia his poterant carere, neque hæc magnopere requirebant: sic poëma, cum sit ad delectationem comparatum maximè, secundo loco ad vtilitatem, si paullum modò absit à perfecto, deterrimum est.

SYMPHONIA DISCORDS] συμφωνία, ὁμολογία πρ., (inquit Plato,) ὁμολογίαν δὲ ἢ διαφερομένην, ἕως ἂν διαφέρωνται, ἀδύνατον εἶναι id est, symphonia, seu consensus, consensus est quidam, ut sit autem consensus, ex rebus discordibus, quoadiu discordant, fieri non potest.

SI PAULLVM A SYMMO DISCESSIT] duo cod. Vat. & Torn. habent *decessit.* nonnulli alij *discedit.* aliquot non habent præpositionem *à.*

DVCI] traduci: vel produci, extrahi.

LVDERE Q. N.] ludendi verbo hæc omnia subiiciuntur, luctari, hastam iacere, currere, salire, & similia, quæ exercebantur in campo Martio. In ceteris artibus (inquit) & certaminibus nemo se scire profiteretur, quod ignorat, ne sit ridiculus: in poetica volunt omnes videri aliquid esse.

DISCIYE] de disco vide annot. ad Od. 8. lib. 1.

TROCHIVE] sup. Od. 24. lib. 3. trochum, Græcum nominat, quem putant nonnulli, βέμβηνα vocari à Gracis: sed non ita est. βέμβηξ enim, turbo appellatur à Latinis. trochus Græca vox est, quæ rotam Latino nomine valet: quæ se exercebant pueri in Græcia.

NE SPISSÆ R. T. I. C.] ne spectatores

frequentes, qui circum stant, irrideant ludendi imperitum, idque impune.

TOLLANT RISVM] cachinentur: ut supra, *Romani tollent equites, peditesque cachinnum.*

QVI NESCIT, VERS. T. A. F.] simile est illud epist. ad August. *Nauem agere ignarus nauis timet: abrotonum agro Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est. Promittunt medici, tractant fabrilis fabri: Scribimus indocti, doctiq; poemata passim.*

CENSVS EQVESTREM S.] census, participium vocis, & significationis patientis. census igitur summam equestrem intelligendus, qui dum censetur, repertus est habere in bonis quadringenta millia aris, qui census erat equestris, ut sciunt omnes. eodem participio vitur & M. Tull. pro Arch. poeta, *census tantummodo indicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue: & Verr. 3. sanxit in posterum, qui post eos Censores census esset, ne quis heredem virginem, neve mulierem faceret.* Ait Laberium mimographum, his verbis describi, ac notari.

TV NIHIL INVITA DICES, F.] Minerva artibus omnibus præesse existimatur, ut supra annot. ad Od. 13. lib. 3. *inuita Minerva* proverbium est: quod explicat M. Tul. of. lib. 1. his verbis. *ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, idè quia nihil decet inuita (ut aiunt) Minerva, id est, aduersante, & repugnante natura.* sed huius loci hæc sententia est. Non dubito equidem, quin tu nihil sis dicturus, aut facturum inuita Minerva: id est, ego te quidem scio omnia aptè, decorè, venustè, doctè, sapienter dicturum, ac facturum. noui enim iudicium tuum, noui mentem, & prudentiam tuam. verum tamen, si quid olim scripseris, caue iudicio tuo tantò opere confidas, ut Mecij, & patris tui, & meam sententiam non exquitas, aut nobis de tuis scriptis iudicandi potestatem non permittas. legendum, autem *facièsve:* & ita habent lib. manuscripti.

MECI] Sp. Mecij Tarpæ, critici: de quo sat. 10. lib. 1. *Que nec in ade sonent certantia indice Tarpæ.* & M. Tull. epist. ad Marium lib. 7. *Nobis autè erant perpetienda, qua Sp. Mecius probauisset.*

NONVMQVE PREMATUR] supprimatur, domi contineatur nouem annos: ne foras emânet, neve exeat ante nonum annum. sic Catullus de Smyrna Cinnæ. *Smyrna mei Cinne nonam post denique messem, Quam cœpta est, nonamque edita post hiemem.*

EDIDERIS] emiseris: ut epist. ad Libr. lib. 1. *Non erit emisso reditus tibi.*

SILVESTREIS HOMINES] nondum humanitate politos, neque exultos: feros.

CÆDIBVS] mutuis, ut sat. 3. lib. 1. *Quos Venere incertam rapientes more ferarum Viribus editior cadebat, ut in grege taurus.*

VICTV FOEDO] victu, & cultu ferino, atque inhumano. de quo puchrè Lucret. lib. 5. *Multaq; per calum solis voluentia lustra Volgiuago vitam trahebant more ferarum.*

ORPHEVS] de quo multa sup. ad Od. 12. lib. 1. ad quæ hunc adde Virgilij versum ex Palæm. *Orpheaque*

A *Phœaque in medioposuit, silvasque sequentes.* Quòd autem Horatius hoc loco humaniorem vitæ cultum, iuris descriptionem, legum inuentionem, domiciliorum coniunctiones, quas vrbeis appellamus, poëtis & musicis ascribit, non pugnat cum iis, quæ disputantur à M. Tull. in orat. pro Sextio: vbi hæc tanta, ac tam præclara munera prudentibus, ac sapientibus viris accepta referri ait oportere. Erât enim iidem & sapientes, & poëtæ, seu mullici in Ode autem 10. lib. 1. Mercurium ait primos illos, & recenteis homines oratione, & palæstra expoliuisse. Cum his Horatianis congruunt illa Aristophanis βασιλει. ὡς ἀφελίμοι τῶν ποιητῶν οἱ γυναικοὶ γαίνονται? Orpheus μὲν τὸν τελεπιδεὶς ἢ ἡμῖν κατέδειξε, φόνον τ' ἀπὸ χειρῶν. Μουσῆος δ' ἔξαιέσεις τι τόσων, καὶ χρονοῦς: ἡσίοδος δὲ τῆς ἐργασίας, κατὰ τὴν ὄρα, ἀρότας. ὁ δὲ θεὸς Ὀμηρός, &c. id est, Quàm fuerunt vtilis poëtarum ij, qui generosi, & clari sunt? Orpheus enim mysteria nobis demonstravit, simulque cædibus abstinere docuit. Musæus autem morborum remedia, & vaticinia: Hesiodus porro terræ culturam, fructuum tempora, & arationes: At diuinius Homerus, &c. Cōtrâ Diogen. Laërtius in præmio lib. de vitis philosoph. eo loco, vbi negat philosophiam à barbaris inuentam esse, Græcisque adiudicat, ita de Orpheo scribit. οἱ δὲ πῶ ἐύρεσιν διδόντες οὐκ εἰσὶν ἀρχαῖοι τῶν ὀρθῶν, λέγοντες φιλοσοφῶν γαίνονται, & εἶναι ἀρχαῖοι τῶν ἐργῶν δὲ εἰ τ' ἀπὸ θεῶν ἔξαργροῦσάν τε παιῦτα, καὶ φιλοσοφῶν καλεῖν, ἢ οὐκ ἴδρα πῆρα δὲ πρῶτα γορεύειν τ' αὖν τὸ εὐθρόπειον πᾶθος ἀφειδουῦντα πρὸς θεοῖς ἀεθροῦσθαι, &c. id est, Qui autem philosophiæ inuentionem barbaris ascribunt, producunt etiam Orpheum Thracem, dicentes eum philosophum fuisse, & esse antiquissimum. Ego verò, si eum, qui de diis talia enuntiauit, philosophum decet appellare, nescio quo nomine sit is appellandus, qui omnes humanos affectus non sit veritus diis attribuere, & ea flagitia, quæ rarò ab hominibus admittuntur, vocis instrumento exprimere atque exponere.

B RAPIDOS QVE] *rapidos* quidem habent libri vulg. sed *rabidos* duo cod. Vatic. & Vat. & Ian. & Torn. Cleric. Ruslard. Nicot. ceteri. sic sup. Leonem, insanū dixit Od. 16. lib. 1. & *insane leonis Vim stomacho apposuisse nostro.* Denique sic legit Seruius, qui ad illū Virg. versum lib. 6. Æn. *Nec non Threïcus longa cum veste sacerdos:* totum hunc locū profert ab illo versu, *Siluestreis homines, &c.*

DICTVS ET AMPHION] Zethus & Amphion, Iouis & Antiopæ filij fuisse dicuntur: sed Pausanias Corinth. profert tres versus cuiusdam Agidis, qui significant, Antiopam à Ioue, & ab Epopeo, grauidam esse factam. versus sunt hi, Ἀπόπη δ' ἔτεκε Ζῆνον, καὶ Ἀμφιόνα Δῖον, Ἀσωπὺ κέρη ποταμῶ βαθυπίνετος, Ζεῦ τε κωπυμένη, & Ἐπωπί ποιμένη λαόν. Cum Thebani urbem incolere sine mœnibus, ac propugnaculis non auderent, propterea quòd à Phlegræis, finitimis populis saepe, & acriter oppugnabantur, atque id eò urbem relinquere in animo haberent: Zethus & Amphion eis, vt manerent, persuaserunt, urbemque turribus, & mœnibus firmissimis, & fossis altissimis cinxerunt. hinc nata fabula est, Amphionem, qui præstantissimus

esset musicus, citharæ cætu saxa ita permulsiisse, vt illa sua sponte, & sine fabricorū opera ad vrbeis munitionem, & murorum structuram conuenirent. Homerus ὁ δ. μ. Zethum, & Amphionem murorū, & propugnaculorum Thebanorum auctores, & structores fuisse narrat simpliciter: hanc de Amphione fabulam non addit. verba Homeri sunt hæc, eo, quem dixi, libro sub Vlyssis persona. Τὴν δὲ μετ' Ἀπόπην ἴδον Ἀσώπιον ὑλάτρεα, Ἡ δὲ θεὸς εὐχεται ὡς ἀγκοῖνησιν ἰαύσω. Καὶ ῥέεχεν δύο παῖδ' Ἀμφιόνα τε Ζῆνον τε, οἱ παρὰ τῆς ἑδρῆς ἔκπταν ἐπὶ ἀπύλοιο, Πύργου σάν τ' ἐπὶ ἔμιν ἀπύργου τιν' ἔδιδυαντο Ναιέμεν εὐρύχρον Ζῆβλι, κρατερῶ ἀρ' ἐόντι. id est, Post hanc autem, Antiopam vidi Asopi filiam: Quæ gloriabatur se in complexu Iouis dormiisse. Et verò duos filios suscepit, Amphionem & Zethum: Qui primis sedem Thebarum septem portis præditarum condiderunt, & turribus munierunt, quoniam non poterant amplius Thebas sine turribus & munimentis habitare: quamuis essent robusti & validi. Euripides eam fabulam tangit in Phœniss. φόρμιγγι τε Τείχεα Θήβας Τᾶς Ἀμφιόνας τε λύρας Ἴπο, πύργος ἀνέστα, Διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφι μέσον Δίρκας Χλοερστρόφον. id est, Thebarum muri, & turres cithara, & lyra Amphionia excitati sunt circa medium riuum geminorum fluuiorum Dirca, herbosum. Philosophus in Imaginibus hanc fabulosam, & mirabilem arcis Thebanæ structuram his verbis depingit, πᾶ δὲ τῶν λίθων πῶς ἔχει? πάντες ὅππῃ πῆν ἀδελῶ σωθῆναι, & ἀκύναι, & γίνονται τῆχος, & τὸ μὲν ἔξω κοδομηται, τὸ δ' ἀναβαίνει, τὸ δ' ἄρπυ κατέλαβε. φιλόημοι, & ἡδεις λίθοι, & ἡπύοντες τῆ μουσικῆ. τὸ δὲ πῆχος ἐπὶ ἀπύλοιο, ὅσοι τ' λύρας αἱ πόνοι id est, saxorum autem ratio cuiusmodi est, concurrunt ad cantum omnia, & cum audiunt, & sunt mœnia: atque eorum pars alia ædificata est, alia in altum sensim at tollitur, alia suo loco modò posita est: certantq; inter se lapides laudis studio, & se, erga musicam facileis, ac suaueis præbent, eique operam dant mercenariam. mœnia porò septem portis constant, nempe totidem, quot in lyra chordæ sunt intentæ. vide Od. 11. lib. 3. *Mouit amphion lapides canendo.* Proper. lib. 3. *Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem Sponte sua ad muri membra coisse ferunt.*

C THEB. COND. ARCIS] quidam libri veter. habent *urbis*, pro *arcis*.
 FVIT HÆC SAPIENTIA QVONDAM] erant igitur iidem & musici, & sapientes, & eloquentes, vide Lucr. lib. 5. de primis hominibus eorumque victu & cultu.
 PVBLICA PRIVATIS SECERN.] publica à priuatis separare. Nam antequàm eloquentes, & sapientes viri feros homines & agrestes ad humanum, ciuilemque vitæ cultum traduxissent, nihil inter publicum & priuatum intererat, nihil inter commune & proprium, immò verò omnia erant publica & communia. Vide hac de re quæ annotata sunt ad illum locum *de hinc abfistere bello, &c.* sat. 3. lib. 1. Non dissimulabo, in aliquot libris manuscr. esse scriptum *Puplica*: in nonnullis, *Poplica*.

DARE IVRA MARITIS] quidam sic hunc locum explicant, dare iura maritis, id est multa
 Iii iiij largi

A largiri, & condonare viris, & fæminis, qui matrimonio conglutinentur, quæ non obtineant cælibes: ego sic: dare leges maritis, quibus cogantur matrimonij castitatem inuiolatam seruare. videtur enim hæc vis esse horum verborum apud probatos scriptores. Virgil. de Didone libr. 1. *En. Iura dabat, legesque viris.* Idem 3. *Iura, domosque dabam.* idem lib. 5. *Indiciumq; forum, & paribus dat iura vocatis.* T. Livius lib. 30. *Roma, an Karthago iura gentibus daret, ante crastinam noctem scituros.* Horat. Od. 3. lib. 3. *triumphatisq; possit Roma ferox dare iura Medis.*

MARITIS] tum viris, tum fæminis, nam fæminam, matitam, vt virum maritum, dicimus. supra Od. 8. epod. *Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta bacis ambulet.*

LIGNO] ligneis tabulis. nondum enim æreas habebant. solebant autem leges in tabulis æreis incisas populo cognoscendas, in foro proponere: ex quo *figere, & refrigerare leges*, Virg. *Æneid. 6.*

TYRTÆVSQVE MARES ANIMOS] his consentanea sunt, quæ Athenæus lib. 14. de Tyrtao scribit his verbis, *πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λακωνεὺς ὧν υἱοὶ τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνουσιν, ἅπαντες ἐνόπια καλεῖται. ὧν υἱοὶ δ' οἱ Λακωνεὺς τὰ Τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες ἔυροθρον κάθισιν ποιῶνται. Φιλόχορος δὲ φησὶ κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν, ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιῆσαι, ὅτ' ἂν δεῖν ποιεῖσθαι, ὧν παλαιότατον, ἃ δὲ καὶ ἕνα τὰ Τυρταίου κρῖνει δὲ τὸν πολέμαρχον, ὧν ἄλλοι δίδουσι τῶν νεώτερων, κρέας, id est, *bellicosi autem sunt Lacônes: quorum etiam filij modos ad incessum numerosum accommodatos, qui & armati nominantur, usurpare, studiosèque retinere consueverunt. Atque ipsi Lacônes Tyrtaei poemata cõmemorantes, numerosè mouentur. Philochorus autem ait Lacedæmonios, Messeniis Tyrtao militia duce deuictis, hoc instituisse, atque hanc consuetudinem induxisse in militiis, vt cum cenati essent, & victoria carmen cecinissent, Tyrtaei carmina singuli cantarent: indicaret autem imperator, & victori carnem premij loco daret.* Plato lib. 1. de repub. versus aliquot Tyrtaei profert aliquantum immutatos, & decurtatos, qui hæc sententiam continent: Neque meminisse velim,*

C neque vllam eius rationem ducere, etiam si omnium mortalium sit abundantissimus, & ditissimus, omniaque ei bona, quæ homini contingere possunt, suppetant, qui non virtute bellica sit præstantissimus. verba Platonis sunt hæc. *περὸς τὸ μὲν γὰρ πύρταρον τὸν φύσει μὲν Ἀθλιωτῶν, τῶν δὲ πολιτῶν γενόμενον, ὃς δὲ μάλιστα ἀνθρώπων σφεί τὰυτ' ἐσπέδακεν εἰπὼν, ὅπ' ἔτ' ἀνμνησαίμεν, ἔτ' ἐν λόγῳ ἀνδρα πειρίμεν, οὐτ' εἶπες πλεσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, φησὶν, ἔτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κερκτημένος (εἰπὼν ἔσδον ἅπαντα) ὃς μὴ σφεί τὸν πόλεμον ἀεὶ σος γίγνοιτ' αἰεὶ, ταῦτα ἔδρα ἀκηκοῦς ὧν ὧν τὰ ποιήματα. id est, producamus igitur Tyrtaum, Atheniensem quidem natura, à Lacedæmoniis autem ciuitate donatum, qui omnium mortalium plurimum studij in his posuit, &c. quæ sequuntur. nam ea interpretati sumus: quæ sunt Tyrtaei. Strabo lib. 6. Iustinus tertio, & Pausanias in Messenicis, quædã alia de Tyrtao trãdiderunt, quæ longum esset referre. Plutarchus autem eum sermonem, vbi disputat vtra animalia sint prudētiora: terrestria, an aquatilia, sic orditur:*

D τὸν Τυρταῖον ὁ Λεονίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι, ἀγαθὸν ποιῆσθαι, ἔφη, νέων ψυχὰς καλλώπειν, ὡς τις νέος διὰ τῆ ἐπὶ τῶν ὄρμην ἐμποῖντα μετὰ θυμῷ, ὧ φιλοπιδίας ἐν ταῖς μάχαις ἀφειδῆσαι αὐτῶν, id est, *Leonidas interrogatus qualem poetam existimaret Tyrtaum: respondit, vtilem adiuuenum animos efficiendos pulchriores, tamquam impetum quemdam in eorum animis ingenerantem, vt animo præstantes, & studio gloria elati in præliis mortem fortiter oppetant.*

EXACVIT] excitauit. Cic. de orat. ad Quinct. Fratrem, *ad vos exacuendos accommodaui orationem meam.*

DICTÆ PER CARMINA SORTES] edita oracula: data responsa ab Apolline. Virgil. *Æn. 4. Italiam Lyeia iussere capeffere sortes.* supr. cad. epist. *Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.* M. Tull. lib. 2. de diuin. *Auspicia restant, & sortes ea, quæ dicuntur, non illa, quæ vaticinatione funduntur: quæ oracula verius dicimus, &c.* Idem ibid. *Nam cum fors illa edita est opulentissimo regi Asia, Cræsus Halym penetrans magnam peruertet opum vim: hostium vim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam.*

PIER. TENT. MODIS] id est, etiam homines experti sunt, ac tentarunt, possentne regū gratiam, ac benevolentiam colligere versibus, & cantibus. *tentare gratiam regum* pro eo, quod est aspirare, & aggredi ad gratiam regum promerendam, mirè, & planè Horatianè dictum. Vtitur dicunt Latini *tentare fortunam, tentare rem.* vt idem supr. epist. ad Aug. lib. 2. *nec meus audet Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.*

LVDVSQVE REPERTVS] remissio, & oblectatio animorum, comœdiæ, tragœdiæ, mimi. epist. ad Augst. *valeat res ludicra, si me Palma negata macrum, donata reducit opimum.*

MVSA LYRÆ SOLLERS] sollers cõiunctum cum patrio casu, notandum, ut nouum, & Horatianum. idem iunxit cum infinitiuo Od. 8. lib. 4. *Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.* sic sup. Od. 6. lib. 1. *Imbellisque Lyra Musa potens.* dictum autem *musa Lyra sollers*, pro musa Lyrica, vel Lyricorum modorum perita.

NATVRA FIERET LAVD. CARM.] hac **F** dere satis multis verbis diximus ad illum locum, *Ingenium misera quia fort. &c.*

SINE DIVITE VENA] sine natura bonitate, quam *εὐφροῖαν* Græci appellant. tralatio ducta à venis metallicis.

RVDE] non expolitur doctrina. alia tralatio.

QVID PROSIT] aliquot libri veteres habent *quid possit.*

QVI STVDET OPTATAM C. CONT. M.] totius huius loci hæc sententia est. *cursores, & tibicines omne studium suum in eam artem, in qua præstare volunt, conferunt: summos labores perferunt: bellum indicunt voluptatibus omnibus: continentissime, ac temperantissime viuunt. At Romani homines nullo studio adhibito, nullaque opera in sumta præstante se poetas esse arbitrantur, idque se scire profitentur, quod nunquam didicerunt.*

PVER] cum puer esset: *παῖς ὧν*, vt epist. ad Loll. 2. libro 2. *denique sanam Militiam puer, & Cantabrica*

A *tabrica bellatuliſti. & ſat. 2. lib. 2. puer hunc ego par-
nus Ofellum Integris opibus noui non latius uſum,
Quam nunc acciſis.*

ABSTINUIT VENERE ET VINO] quidam teſtantur ſcriptum eſſe in nonnullis lib. vet.
Ven. & Baccho. quod placet.

QVI PYTHIA CANTAT, TIBICEN] tibicen, qui adhibetur ad canendas laudes Apollinis ludis Apollinaribus, (*πυθαίων* appellant Græci: Varro *πυθαίων* Prius quam in orchestra pithaulis inſlet tibias, domi ſua ramices rumpit.) hic igitur tibicen didicit, & magiſtrum extimuit. Pythiorum cer tamen ob draconem ab Apolline interfectum, inſtitutum eſt, Pythiaque vel à loco, & vrbe, cui Pythoni, ſeu Πυθωνί nomen erat, ſunt appellata, vel ex eo, quòd, qui ad oraculum Apollinis proficiſcebantur, ἐπιπυθαίωντο, id eſt, quærebant, vel quòd draco interfectus, ibi putruerit. nam πύθειν valet σπένδει, vt alibi diximus.

OCCUPET EXTREMVM SCABIES] natum eſſe dicunt ex luſu quodam puerorum, in quo ſe mutuò ad currendum cohortanteis, eiſcabiem exoptant, qui tardiſſimè omnium cucurrerit, qui que vltimus ad calcem peruenerit.

VT PRÆCO AD MERCEIS] diuitem poëtam cum præcone comparat, merceis commendante, & turbam ad emendum inuitante. Nam, vt ille voce, & præconio emtores: ſic poëta locuples diuitiis ſuis mutis, ac tacitis aſſentatores vocat.

COGIT] congregat, conuocat, allicit, atque adeò inuitos trahit.

DIVES AGRIS, DIVES P.] hic verſus reperitur ſat. 2. lib. 1.

SI VERO EST VNCTVM] modò dixerat, aſſentatores vltro, & non vocatos ad poëtarum diuitum carmina laudanda concurrere, & conuolare ſolere: nunc dicit, eoſdem conuiuuiis, & beneficiis prouocatos, aut beneficiorum ſpe adductos, multo cupidius poëmata vel indoctiſſima laudatum ituros. tales igitur, iudices non ſunt integri neque incorrupti, neque, vt Græcè dicam, ἀδελκοί.

VNCTVM QVI RECTE] ſi verò eſt, qui conuiuuium lautum, ac ſuntuoſum adornare, cenamque opiparam dare poſſit, &c. mirū erit, ſi blandū, ac falſum amicum à vero ſecernere, atque interno ſcere queat. *unctum* videlicet obſonium, vt Catul. *uncta patrimonium*, id eſt, lauta, opipara.

LEVI] qui quouis impellitur emolumentis ſpe.

BEATVS] vel diues, vel, qui reuera beatus eſſet, ſi blandum amicum à vero internoſcere poſſet. ſed illud malo. neque tamen alteram explicacionem damno.

SEV QUID DON. VOL. CUI] id eſt, ſeu quid eris alicui donaturus, &c. quidam lib. vet. habent *velis cui*.

TIBI] abſte: vt locis innumerabilibus: notauimusque alibi.

FACTOS] quidam libri habent *ſictos*.

PLENUM LÆTITIÆ] lætitia affectum vel ob munera abſ te accepta, vel ob ſpem vtilitatis. Significat, eos, qui à poëta emolumentum aliquod vel ſperant, vel iam conſecuti ſunt, non eſſe illius poëmatarum iudices incorruptos, neque vquam

caſtè integrèque iudicatuſos. Nobis ergo ij ſunt adhibendi noſtrorum ſcriptorū auditoſes, ac cenſores, qui liberè, & ἀδωποδοκῆτως, ſeu incorruptè, hoc eſt, nullis promiſſis, nulla ſpe, nullis beneficiis obſtricti, quod ſentiunt, pronuntient.

PVLCHRE, BENE, RECTE] voces fictè approbantium aſſentatorum. M. Tull. libr. 2. de orat. *Quare bene, & præclare quamuis ſæpe nobis dicatur: belle, & feſtine, nimium ſæpe nolo.* Perſ. ſaty. 1. *Sed recti finemque, extremumque eſſe reuſo Enguttum & belle, &c.*

SUPER HIS] ὅτι τῶντις ad hæc.

STILLABIT AMICIS EX OCVLIS R.] illacrymabit, gaudere ſe ſimulans. ſtillare cum ac cuſandicalu: vt illud epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *ſidis enim manare poëtica mella.*

TVNDET PEDE TERRAM] præ lætitia ſaltabit. non eſt autem ſupploſio pedis intelligenda cum ſit geſtus indignantis, & dolentis: vt diximus.

VT, QVI CONDUCTI PL.] vt præficæ mulieres, quæ mercede conducuntur, vt mortuos luceant, & collaudent. Plaut. in Truculento, *ſine virtute argutum cinem mihi habeam pro præfica, Quæ alios collaudat, ea ſe ſe verò nō poteſt.* Lucillius, *Mercede quæ conductæ ſient alieno in ſunere præfica, Multo & capillos ſcindit, & clamant magis.* Neuius, *Hæc quidem me hercule præfica eſt, quæ ſic mortuū collaudat.* conſule & Nonium.

MULTIS VRGERE CULVLLIS] animorum enim, & ingeniorum lene tormentum eſt vinum, eoque variæ hominum naturæ, quantum uis tectæ, ac reconditæ, explorantur, atque aperiantur: qua de re vide, quæ annotauimus ad illum locum, *Tu lene, tormentum ingenio ad moues Plerumque duro,* qui eſt Od. 2. lib. 3. ſunt autem cululli patera, ſeu calices. Od. 3. lib. 1. *diues & aureis Mercator exſiccet culullis Vina Syra reparata merce.* in qui buſdam lib. antiq. ſcriptum eſt *vrquere.* culullis vt gere autem, ſiue vrquere: id eſt, poculis torquere, & explorare.

LABORENT] ſtudeant. quidam lib. habent, *laborant.*

FALLANT] lateant. numquam tibi ſint ignoti, ſup. annot. Od. 10. lib. 1.

ANIMI SVB VVLPE LATENTES] animi fallaces, doſoſi, duplices, tecti, inſidioſi.

QVINCTILIO] Quintilio Varo. hic erat auditor, & iudex ſcriptorum alienorum liber, & incorruptus, ad quem ſcripta eſt Od. 18. lib. 1. cuiusque mortem triſtiſſimo carmine deſlet Od. 24. eiufdem lib.

CORRIGE, SODES] aiebat Varus, corrige hoc, & hoc, ſi audeſ.

MALE TORNATOS] non ſatis tereteis, neque (vt ita dicam) rotundos. tralatio à torno. *καὶ τῶν τροπῶν μέναι ἐπὶ τῶν.*

INCVDI REDDERE] recudere, id eſt, emendare. alia tralatio à priore differens, & tamen continens.

INSVMEBAT] ſic habent duo cod. Vat. Faër. Iannoct. Torn. & aliquot alij. quæ ſcriptura mihi viſa eſt concinnior. alij *ſumebat.*

QVIN SINE RIVALI &c.] iſa amator amat ſine

A sine rivali, qui deformem aliquam amat. neminem enim habet æmulum, neminē rivalē, transfertur ad eos, qui ea magni faciunt, aut magnopere expetunt, quæ nemo aliis magni admodum æstimet. videtur M. Tullius, epist. quadam ad Qu. Fr. lib. 3. *Hirrus auctor fore videtur. ò Dij, quam ineptus quam se ipse amans sine rivali!*

INERTEIS] arte carentis, vel non satis accuratè factos, sine arte: vt sup. *sine pondere & arte.*

ALLINET ATRVM TRANS. CAL. S.] transuerso calamo notabit, ac delebit. quod ὀβελίζει dicunt Græci. M. Tull. epist. ad Dolabellam lib. 9. *Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum Nicias: alter Aristarchus hos ὀβελίζει.*

AMBITIOSA RECIDET ORN.] amputabit, & circumcidet nimis florida. sic sup. epist. ad Aug. *luxuriantia compestet.*

FIET ARISTARCHVS] id est, castigator, & iudex seuerus alienorum scriptorum. Fuit autem Aristarchus Grammaticus clarissimus, qui ad aliquot Homeri versus, quos non probabat, notam apposuit, iudicans eos non esse τὸ ποιητῆ, sed παρεμβεβλημένους. M. Tull. ad Attic. lib. 1. *Quid multa? totum hunc locū, quem in Aristocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, &c. valde grauiter pertexuit. Idem in orat. in L. Pisonem, Veruntamen, quoniam non Aristarchum te, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare: scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas. Idem ad App. lib. 3. epist. vt enim Aristarchus Homeri versum esse negat, quæ non probat: sic tu (libet enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaris meum.*

HÆ NVGÆ S.] verba sunt Horatij, quorum hæc sententia est, quas nugas esse ducis, hæc poetam semel ab assentatore derisum, ab eoque malè acceptum, ac deceptum, in mala seria deducunt, aut præcipitem agent, quoniam assentatorum oratione vana in ductus, optimum se poetam esse sibi persuadent, & ita magno, turpique in errore verfabitur.

C **MALA QVEM SCABIES]** mala, epithetum perpetuum. omnis enim scabies mala est, quamuis alia sit alia deterior: vt ea quàm ψώρα ἀγρία, id est, scabiem feram nominant.

MORBVS REGIVS] quo qui affectus est, arquatus appellatur. Lucr. lib. 4. *Lurida prætere a sicut, quacumque tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt simulacris obuia rerū.* hunc morbum, ἰκτερον appellant Græci, ab aue galbula, eiusdem coloris: Celsus auriginem.

FANATICVS ERROR] ex quo fanatici appellantur, eò quòd in fanis maximè furant, capita iactantes, oculos distortuētes, singulas denique corporis parteis, atque interdum totum corpus præter consuetudinem mouentes. vide Vlpian. titulo de ædil. edicto.

ET IRACVNDÀ DIANA] quæ lymphatos efficit, ex quo σελινόληπτοι dicuntur. significat obscure, & dissimulanter Horatius, falli eos, qui furore quodam, & afflatu diuino, poetam excitari non studio, & doctrina cum ingenio coniuncta

fieri existimant.

SVBLIMEIS VERSVS] vel μακρότερος, & neque cælum, neque terram tangenteis, sublatos, à communi sensu abhorrenteis, de nubibus, & rebus supernis, vt supra eod. lib. *Aut dum vitat humum, nubis, &c. inania capter:* vel sublimeis intellige, ex alto, & intimo animi recessu depromptos, vt Od. 15 lib. 1. *sublimi anhelitu.* & Virg. *Æn. 1. alta mente repositum.* vel lege *sublimis* numero singul. vt hoc significet Horatius, *Hic dum sublimis*, id est, plurimum sibi tribuens, & magnifice se circumspectis, & se plus nimio amans, *versus ructatur, &c.* vel sublimis, id est, μακρότερος, id est, attentissima cogitatio ne suspensus.

RVCTATVR] impetu, nō ratione effundit: fit rore quodam mentis concitatus iactat, & euomit: vel dic *versus ructatur*, id est, putidos, ineptos & non ferendos versus facit: ructus edit, non versus.

DECIDIT] quidam libri vet. habent *decidat:* ego nihil mutandum puto: *decidit* autem sic accipio, vt sit præteriti temporis.

ERRAT] & animo & corpore, ex quo error mentis: epist. 2. lib. 2. *mentis gratissimus error.*

LICET SVCCVRR. LONG.] id est, licet clamet, id, ciues succurrite, succurrite, eumque clamorem longè producat, nemo erit, qui curet attollere. vocem *longum* quidam coniunctè legunt cum verbo *succurrite*, id est, *valde & multū productum*, vt sit nomen, quod mihi non displicet. alij coniungunt hæc duo, *longum clamet*: quibuscum facit Carisus lib. 2. vbi hunc locum profert. & ita *longum* erit pro *longè* positum. & ita Hom. *ἰλ. γ. Αὐτὰρ ὁ μακρὸν αἶσεν ἀναξ, αἰδρωτὶ ἄχα μένων:* id est, at Agamemnon rex virorum longum clamauit.

SI QVIS CVRET OPEM] nonnulli libri vet. habent, *Si curet quis opem, &c.*

TOLLERE] attollere. sic epistolā ad Scævam lib. 1. *crudeles tollite claudum.*

PRVDENS] sciens, de industria. vt epist. 2. lib. 2. *Prudens emisti vitiosum.*

DEIECERIT?] quidam libri habent *proiecerit.*

(SICVLIQVE POETÆ] Empedoclis Agrigentini: de quo vide, quæ annotauimus supra ad epist. ad Iccium.

DEVS IMMORT. HAB. DVM CVF. EMP.] Exstat hoc in hanc de Empedoclis morte opinionem Laërtij epigramma lib. 3. epig. quod ad hunc locum mihi videtur pertinere, *Καί σὺ ποτ' ἐμπέδουκεις δειρὴ φλογὶ σώμα καθήρας, Πῦρ δ' ὀπὸ κρητῆρων ἔκπιες ἀθανάτων. Οὐκ ἔρεω δ' ὅπ' σάυτην ἐκὼν βάλες ἐς ῥέον Αἴτης, Ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπροσθε ἐκ ἐθέλων.* id est, Et tu quondam Empedocles acri flamma corpore expurgato, ignem ex crateribus Ætnæ immortalibus ebibisti. Non dicam autem te tua sponte in siluisse iu Ætnæ flammis: sed cum te ex hominum conspectu subducere velles, in eas inuitus incidisti. Huius autem mortis genus memoriæ prodidit se Hippobotum scribit idem Laërt. his verbis, *Ἰπποβότης δὲ ὅποιον ἔξαναείλητα αὐτὸν ἀδουκὴ καὶ ὡς ὅττι πλεῖν αἰτῆλω, εἶτα καθ' ἑαυτὸν μένον, ὅττι τὸς κρατῆρας τὸ πῦρ ἐς ἀιθέρα, καὶ ἀφαιδωλῶσαι, βουλόμενον πῆν παρὰ αὐτὸ φήμι μὲν βεβαίως, ὅπ' ἐζήλον θεός: ὕστερον δὲ γνωσθῆναι ἀναρρίπτουσι αὐτὸ*

A αὐτὸ μᾶλλον τῶν κρηπίδων. χαλκὸς γὰρ εἶδητο ὑποδείδων. id est, Hippobotus autem ait illum quondam se domo in montem Aetnam contulisse, deinde, cum eo peruenisset, in crateras illos defluisse, atque ex oculis hominum sublatum esse, volentem hanc de se famam confirmare, se deum esse factum: posterius autem rem patefactam esse, cum una ex eius crepidis à flamma in altum subleuata, & eiecta esset, erexit enim crepidis uti solebat. Sed hanc opinionem refellens Timæus ait, Empedoclem in Peloponeso de vita decessisse. commemorantur & alia de huius viri morte à Laërtio opiniones, quas referre longum esset.

FRIGIDVS] atra bile affectus, μελαχολία. atra bilis enim frigidissima est.

INVITVM QVI SERV.] supr. epist. ad libr. quis enim inuitum seruare labore?

IDEM FACIT OCCIDENTI] Græcum loquendi genus, τὸ αὐτὸ ποιεῖ τῆς κρηπίδων. sic Lucret. lib. 2. de primis corporibus. Qui poterunt igitur rerum primordia dici, Et leti vitare vias, animalia cū sint, Atque animalib' sint mortalibus vna, eademque? id est, ταῦτά τις ζῶντος. Idem lib. 3. quorū vnus Homerus Sceptra potitus eadem aliis sopitū quiete est. Idē lib. 4. Nempe eadem facit, & scimus facere omnia turpi.

B est, ταῦτά τις ζῶντος. Idem lib. 3. quorū vnus Homerus Sceptra potitus eadem aliis sopitū quiete est. Idē lib. 4. Nempe eadem facit, & scimus facere omnia turpi.

NEC SI, & C. FIET HOMO,] huc admodum atque accommodanda negatio est, vt sit, Nec fiet homo, id est, nec sanus erit, & ponet, & c. infanus enim, homo non est. & ita intelligendus locus ille Ciceronis epist. ad Qu. frat. lib. 2. sed cum veneris, virum te putabo, si Sallustij Empedoclea legeris: hominem non putabo, id est, patientem, & fortem te putabo, si legeris: sed parum intelligentem, & parum sanum, & propemodum inhumanum.

ET PONET FAMOSÆ M. A.] repetenda est negatio τὸ ποιεῖ: vt sit, nec ponet fam. m. am. vel sic locus explicandus, nec fiet homo, vt factus homo deponat mortis fam. amorem. famosam mortem intellige nobilem, & omnium sermone celebratam, non ad laudem tamen, sed ad notam & vituperationem. Quidam formosa legendum censent: à quibus dissentio.

C F.] id est, nec satis apparet vtrius facinoris admissi causa tam grauer libi deos habeat iratos. non satis perspicuū est, vtrius sceleris pœnam luat, dum versus facit, sepulchrine violati, an sublati, & loco moti bidental. significat autem cum poetas omnes infanos esse, & miseros: tum eos maximè, qui versibus incultis, & malis faciendis, sibi placent, vt bonis.

VTRVM MINXERIT IN P. C.] vtrum minxerit in sepulcrum patrum. locus omnis illato in eum mortuo ab eo, cuius erat inferre, religiosus efficitur. Cum porrò neque in loco sacro, neque in religioso cuiquam meire fas esset,

tum multo habebatur sceleratissimum, filium in patrium sepulcrum immeire: eumque, qui id fecisset, existimabant furiatū rædis ardentibus, vt patricidas, perterreret, atque agitari.

BIDENTAL] locum, in quem fulmen decedit, qui cæcis bidentibus, & ara exstructa expiatur. Bidental (inquit Festus) dicebatur templum quoddam quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur.

CLATROS] clatros legendum, non claustris. Plaut. in Mil. glorioso. Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus vllus, neque fenestra, nisi clatrata.

TENET, OCCIDIT QVE LEGENDO] tale est illud sat. 3. lib. 1. amaras Porrecto iugulo historias, captiuus vt, audit.

NON MISSVRA CVTEM, NISI PL.] poëtam ineptum, & sibi nimium placentem, suòsque versus odiosè recitatem, cum hirudine comparat. Nam quemadmodum illa tandiu hæret corpori affixa, donec sanguine completa exciderit: ita & molestus recitator auditorem non dimittit, donec ipse & recitando defessus, & suorum versusum laudibus satiatus sit. sic Theocritus in Pharmaceutr. amorem cum hirudine confert, quia videlicet amor instar hirudinis corpora vigiliis, & curis maceret, sanguinemque exlugat, Αἷ, αἷ ἔρωσ ἀνίπρε, τί μιν μέλαν ἐκ χροῦς αἷμα. Εμφύς, ὡς λιμνᾶ πρὸς ἀπαι ἐκ βδέλλα πύπκασι? id est, he, he, amor moleste, cur atrum ex corpore sanguinem totum inhærens, vt palustis hirudo, ebibisti? Plaut. Epid. Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exsugebo sanguinem, senatò qui columen cluent. hirudines autem partibus corporis ictu aut veneno liuentibus, & sanguine corrupto malè affectis admoueri solitas esse, ad venenum, aut sanguinem exsugendum declarat & Nicander θηλακούς in extr. ibi, Δήποτι βδέλλα κούσις ὅτι τίμματα βόσκων: id est, Aliquando etiam hirudines locis à venenosa bestia mortis admotas sanguine pascens satiabis. Oppianus lib. 2. vbi loquitur de delphini, & amiarum pugna, similitudine vtitur ab hirudinibus ducta. ὡς δ' ὅταν ἰντήρ πολυμήχανος ἔλκος ἀφύσσων Οἰδελέον, τῷ πολλὸν ἀνάρσιοι ἐνδοθεν αἷμα. Εν νέματα, διεχρὸς δὲ γονὰς κραιόχρα λιμνῆς Ερπετὰ πύρομένοιο κ' ἔχουσι ἐστὲλξο Δαίνουσαι μέλαν αἷμα, τὰ δ' αὐτὰ γυρωθέντα Κυρτῶται, Ἐλύθρον ἐφέλλεται, ἕδ' ἀνίπρεν, Εἰστέκεν αἷμο βαρῆ ζωρὸν ποτὴν αὐ ἐρύσσοντα. Εκ χροῦς αὐτὴ κλίσει πύση, μεθύσει ὁμοῖα. Ὡς αἷμας, & c. id est, quemadmodum autem cum medicus multum follers & ingeniosus vlcus hauriens tumidum, in quo multus impurus sanguis pascitur, humida paludis genera, nigro corpore, reptilia, corpori male affecto affixit, vt peredant nigrum sanguinem: illa autem statim in orbem circumacta incuruantur, & sanicem attrahunt, neque demittunt donec sanguine grauata, exsucto calido sanguine ex corpore, sua iponte deuoluta deciderint ebris similia: ita amii, & c.

E amorem cum hirudine confert, quia videlicet amor instar hirudinis corpora vigiliis, & curis maceret, sanguinemque exlugat, Αἷ, αἷ ἔρωσ ἀνίπρε, τί μιν μέλαν ἐκ χροῦς αἷμα. Εμφύς, ὡς λιμνᾶ πρὸς ἀπαι ἐκ βδέλλα πύπκασι? id est, he, he, amor moleste, cur atrum ex corpore sanguinem totum inhærens, vt palustis hirudo, ebibisti? Plaut. Epid. Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exsugebo sanguinem, senatò qui columen cluent. hirudines autem partibus corporis ictu aut veneno liuentibus, & sanguine corrupto malè affectis admoueri solitas esse, ad venenum, aut sanguinem exsugendum declarat & Nicander θηλακούς in extr. ibi, Δήποτι βδέλλα κούσις ὅτι τίμματα βόσκων: id est, Aliquando etiam hirudines locis à venenosa bestia mortis admotas sanguine pascens satiabis. Oppianus lib. 2. vbi loquitur de delphini, & amiarum pugna, similitudine vtitur ab hirudinibus ducta. ὡς δ' ὅταν ἰντήρ πολυμήχανος ἔλκος ἀφύσσων Οἰδελέον, τῷ πολλὸν ἀνάρσιοι ἐνδοθεν αἷμα. Εν νέματα, διεχρὸς δὲ γονὰς κραιόχρα λιμνῆς Ερπετὰ πύρομένοιο κ' ἔχουσι ἐστὲλξο Δαίνουσαι μέλαν αἷμα, τὰ δ' αὐτὰ γυρωθέντα Κυρτῶται, Ἐλύθρον ἐφέλλεται, ἕδ' ἀνίπρεν, Εἰστέκεν αἷμο βαρῆ ζωρὸν ποτὴν αὐ ἐρύσσοντα. Εκ χροῦς αὐτὴ κλίσει πύση, μεθύσει ὁμοῖα. Ὡς αἷμας, & c. id est, quemadmodum autem cum medicus multum follers & ingeniosus vlcus hauriens tumidum, in quo multus impurus sanguis pascitur, humida paludis genera, nigro corpore, reptilia, corpori male affecto affixit, vt peredant nigrum sanguinem: illa autem statim in orbem circumacta incuruantur, & sanicem attrahunt, neque demittunt donec sanguine grauata, exsucto calido sanguine ex corpore, sua iponte deuoluta deciderint ebris similia: ita amii, & c.

F quemadmodum autem cum medicus multum follers & ingeniosus vlcus hauriens tumidum, in quo multus impurus sanguis pascitur, humida paludis genera, nigro corpore, reptilia, corpori male affecto affixit, vt peredant nigrum sanguinem: illa autem statim in orbem circumacta incuruantur, & sanicem attrahunt, neque demittunt donec sanguine grauata, exsucto calido sanguine ex corpore, sua iponte deuoluta deciderint ebris similia: ita amii, & c.

